Venetis agere ea conditione: ut fraciscu unum sphortiam ex hac Gallia cisalpina oino extruderet: & ipsi certa iter se lege quas ille urbis: & oppida poss. debat diuiderent. At Veneti quanq intelligebat nihil tutu sibi futurum cum ciuitate factionibus dissidenti: tamen quia intelligeret oem mediolanesium cu suo duce discordiam sibi no posse no prodesse: rem ueluti probare: & uana cosilia uerbis alere: opamq dare: ut eae omnes insidiae ad franciscum sphortia perferetur: qui etiam ipse iampridem oia p nonullos optimos ciuis ex mediolano antea didicerat: dissimulabat tamen futurum speras: ut iproborum animi praeclaris suis itegerrimisq operibus flecterentur: ad sanitateq redirent. Sed ubi uidet i dies magis atq magis res suas apud Mediolaneses hre periculosius: & Brixia: qua iam esset in deditione recepturus e manibus sibi eripi Mediolanesiu ad Brixiaos lris quae ne id facerent: quonia ppedie cu Venetis forent foedera pcussuri: suadebat: ea coactus necessitate ne & ipse & Mediolaneses una perirent:

Philipus Maria Ferraria
societate init cu uenetis ea coditioe: ut seruato foedere qd Philippus maria socer Ferrariae paucis diebus prius q uita excederet: cu illis pcusserat: sibi auxilio foret: & eqtibus quattuor millibus: & peditibus duobus millibus & aureis numis ternisdenis millibus in menses singulos: donec oi Mediolanesiu ditioe q Philippi soceri fuerat: potiretur. His humano atq diuino iure sanctissime costitutis atq firmatis: cu Fra. sphortia municipia & castella oia quae ex bergomesi agro atq brixiano nuper abstulerat:

Chrema Philipus dux
restituisset Venetis: & Chrema praeterea ex illo ferrariesi cu duce Philippo foedere traditurus prope die foret: atq Veneti cotra annum iam itegrum quae couenerant q absolutissime obseruassent: eo ia res erat adducta: ut Mediolaneses diutius tati belli mole tolerare no possent: praesertim qd intestinis seditionibus fluctuarent: & boni oes nobilissimiq ciues ea

Padus Ticinus Addua Frederi cus rex Carolus rex Alphon sus rex Paschalis Malipie rus Vrsatus iustinia nus
popularem tyrannida iuxta atq ifoelicissimum auspiciu q erumnosissime ferret. Tum Veneti coepere consilium eius soluendae societatis auxiliiq ferendi Mediolanensibus contra Franciscum sphortiam: ubi minus ipse quaprimum & a bello desisteret: & quicquid intra Padum Ticinum atq Addua Mediolanensibus bello abstulisset: iis restitueret. Quae ratio senatus Veneti grauitatem a proposito mouerit: non satis copertu est. Alii dicunt eos noluisse diutius tantam sine ullo emolumento impensam ferre: alii quod uitio sibi dari: & a Frederico rege Romanorum & a Fracorum rege Carolo: & ab Alphoso rege grauiter ducerent: qd qui libertatem uni oium amplecti maxime tueriq deberet: ii urbe quae libera ee uellet: ad seruiedu cogeret. Sunt pterea: qui asserat illos sibi ut uiros prudetissimos metuisse: ne Franciscus sphortia ubi uoto potitus esset tatis auctus elatusq uiribus uictricia in se arma conuerteret. Qui decretum hoc edictumq Francisco sphortiae nunciarent: lecti iam fuerat duo Paschalis Malipperius & Vrsatus iustinianus: hiq iam in itinere esse fere

Carolus gōzaga

Bartolomæus colio

bantur:cum Carolus Gonzaga uir ſtrenuus ac fortis ducē hortatur huiuſmodi fere uerbis.Quæ Veneti decreuerint :tenes:quid igitur cunctamur.Sine ipſe Bartholomæum hūc collionē ac reliquas uenetorum auxiliaris copias quæ hic prope apud nos ſunt:deimprouiſo adoriar. Facile enim opprimā: uertamqꝫ ī prædā.Idem tu ipſe facito de cæteris Venetoꝝ uiribus:quæ Chremam obſident.Et hoc pacto eadē hora tum Mediolanenſium peruicaciam:tum Venetorum inſidias una uiceris. Ad q̄ nobilliſſimus imperator ita reſpondit.Doleo equidem Carole & uæhementer profecto:qđ me Venetoꝝ ſocietate quos & amaui ſemper:& feci plurimi:ita priuatum iri ītelligam:ut quos ob maxima utriqꝫ data acceptaqꝫ beneficia amiciſſimos ſemꝑ oportuit:hoſtes ſim habiturus.Cæterum utrunqꝫ res habeat:malo illos iniuriarum q̄ me & eſſe & haberi auctores.Deus eſt cunctis hominum uiribus lōgiſſime ſuperior.Huius ego fretus auxilio metuo neminem.Quare nihil prorſus qđ me dedeceat:ſum facturus.Quæ cū dixiſſet:curauit illico:ut legatis Venetorum Chrema traderet̃.Id enim ꝑ ipſum Carolū cuius magnæ militum manus præſidio erat Chremæ uel chremenſibus inuitis efficit. Nā ꝙ antea fuerat per Philippum ſoceꝝ ferrarieſi fœdere cōſtitutum:& ipſe poſtea cōfirmarat:uoluit ratum eſſet:nequid abſe factū uideretur iniuſte.Neqꝫ minore ſe animi uel magnitudine uel clæmētia geſſit: poſteaq̄ reꝝ Mediolanenſium eſt potitus.Nā ubi poſt acceptam Frāciſci ſphortiæ beneficio chremam Veneti decreto ſunt uſi:atqꝫ is ſuo dūtaxat marte & īcredibili ſapientia ſuis cœptis deeſſet nunq̄: tandem poſt annū a Mediolanenſi republica proſtratis atqꝫ compreſſis ſceleratoꝝ quorundā ciuium nefariis conatibus ultro eſt ad urbis & totius regni gubernacula una cū uxore ipſa muliere & ſancta & pia Blanca Maria ſummis etiā cum præcibus accerſitus:q̄ ſeſe modeſte moderateqꝫ geſſerit:auditore:quæſo.Vt uniuerſa urbs in ſex partis diſtributa eſt:quas portas appellant:oratores duodecim lecti ſunt bini pro ſingulis portis. Tertius decimus lectus eſt publico decreto Frāciſcus philelphus:ſiue id linguæ dicendiqꝫ beneficio factum fuerit:ſiue ꝙ hunc exiſtimarint imperatori eſſe ꝑgratum : ut q̄ non metuerit ī ſūma gladioꝝ impunitate duas ad populum acerrimas habere oratiōes in teterrimos illos immaniſqꝫ tyrannos : qui diuina oīa humanaqꝫ iura uexarent atqꝫ cōfunderent:& id quidem in ſacratiſſimo hoc templo in maxima omni magiſtratuum ordinūqꝫ frequentia. Hic igit̃ cum noīe mediolanenſis reipublicæ ſolus ex oībus oratoribus: quēadmodū a publicis magiſtratibus mediolani conſtitutū: fuerat orationē ad Franciſcum ſphortiā:qui adhuc ſe moguntiæ continebat : habuiſſet q̄ magis potuiſſet ad perſuadendum accōmodatā:ut pro īmortaliū ſuarum uirtutum meritis pro tot tamqꝫ multarū rerum geſtarum gloria ſi uellet uniuerſis ciuibus rem facere gratā & periucundam: triumphali

Chrema

Blanca Maria

Frāciſcus Philelphus

curru urbē ingrederetur more maiorum:ad hæc ille ut erat unus oīum ingenio & miti & uerecundo & graui:locutus de se pauca & mira cum modestia absit:inqt:ut ego ī patriam meá tá liberaliter ueluti reuocatus triūphans ingrediar. Quo si me cupitis pro benignitate uestra maxime honoratū operá date:ut oīa pacata iter uos eē ostendá. Cessēt ciuiles oēs discordiæ:extīguant̄ oīa odiorꝫ īcēdia:iniuriæ oēs mea gr̄a condonent̄: qđ ut ēt ipi & priuati faciatis & publice:ego primus qcqd ē aduersus me meosqꝫ ꝑpetratū aut iniuste aut peruicaciter:nō ignosco solū:sed oēs rogo:atqꝫ oro:ut ſēpiterna id obliuione ex aīo deleatis. Mecūqꝫ in posterū ita mutuis certeris officiis:ut & uici & uicere æque sit dulce:ita diuinus ille princeps locutus ē.Et q̄ locutus est:re ipsa ꝑstitit.Quo factū est:ut & oīs ciuiles discordias e medio sustulerit:& ulciscēdi flāmas oīs extixerit & inimicos oīs reddiderit sibi amicissimos adeo ut eius obitū non secus doluerint ac parētis. Sed qua postremo animi æquabilitate segessit cū

Philippo dux Venetis:q anno tertio post acceptu soceri Philippi imperiū pacatis tranquillisqꝫ rebus oībus ubi cōspirassent cum Alphōso rege : maiore hunc

Alphonsus rex belli apparatu adorti sunt:Quos uni Frācisco sphortiæ nō reddiderunt aut hostes aut inimicos alios aptos ocultos alios: Florentini soli iusticiæ

Florētini partes tutati sunt:q auctore Cosmo medice infracto aīo uiro atqꝫ sapiē-

Cosmus medices ti nullā impensæ mollē nullū bellicæ fortunæ periculū recusarunt: quo illi optimo iustissimoqꝫ pricipi bene ꝓpectū eēt.Cum semp deus optimus maximus tū eo potissimū tpe Luce clarius ostēdit sibi nō eē neglectui uiros bonos & inocētis:Veneti.n.q nullo iure alienū appetebāt īpe-

Bergomum riū:suum pœne amisere:Nā præter has duas urbis Bergomū ac Brixiā & oppidū unum Chremá oīa quæ in Gallia cisalpina possederant iādiu

Brixia intra paucos mēses sub unius Frácisci sphortiæ dicioné ultro atqꝫ alacri-

Chrema ter deuenerūt.Idēqꝫ & brixiani & bergomēses chremēsesqꝫ fecissent:nisi

bartholomæus collio Bartholomæus collio usus ea qua semper fide cōsueuit:in medio uincēdi cursu ad Venetos defecisset.Qua ipsa in re bonitas etiá nostri prīcipis prætereunda hoc loco certe nō ē.Didicerat Bartholomæum corruptū pecuniæ magnitudine fugá parare ad Venetos : amici & familiares oēs hortabant̄ imperatoré:ut illū caperet:ne tanta de hoste uictoria iam fe-

Alexáder Sphortia re parta per unius hoīs perfidiam impediretur. Idqꝫ se facile effecturum Alexáder sphortia frater uir ingenio prōptus & ītrepidus & industrius

Sena gallica cōstáter recipiebat:Tum Fraciscus Nolite me inquit mei obliuisci: ut ei male faciá:quem affecerim maximis beneficiis: Ná & senæ gallicæ cum

Philippo dux essēt pro philippo socero:& ego me ꝑ id temporis continerem hæsi:audiens eū premi nō mediocri inopia octomillibus nummū aureum eius

Hæsis inopiæ cōsului:quos reddidit mihi nunq̄:&mortuo Philippo socero:ab

Moguntia quo quia clam sentiret cū uenetis:fuerat Moguntiæ cōiectus in teterrimum illū carceré:quem nominát furnū:mea est opera miseria illa omni

liberatus restitutis etiã omnibus eius & bõis & pecuniis:quæ ĩ ticinensi arce quã ego iam possidebã:ab ipsius usq; captiuitate seruabãtur. Meaq; dein quoq; factũ est opera atq; ĩpõsione: ut a republica mediolanẽsium cõduceret stipẽdio & amplo & honorifico:A qbus cum nõ multo post transfugisset ad Venetos cõtẽpta oĩ fidei sanctitate quã mediolanẽsibus spõsoriq; dedisset:nõ destiti tamẽ ad postremũ ut uidetis eundẽ hũc fugiẽtem a Venetis:ab qbus ad suppliciũ quærebat:inermẽ nudũq; excipere:& emolumẽtis maximis ac honoribus ꝓsequi.Malo igit ĩ tãtis beneficiis meis rursus falli a collione q̃ rationibus ullis adduci:ut falli ab isto credam:præsertim quod ea est uis diuinæ iusticiæ ut nullum sit neq; malũ ĩpunitum neq; bonũ irremuneratũ.Hæc Frãciscus sphortia & benigne & grauiter. Cæterum quo Bartholomæi auiditati occurreret:ei belli sũmam concessit aduersus Bergomum:q; eius rei maxime ille ui- Bergomum
debatur cupere.Sed neq; hoc item pacto mederi potuit ingenio auarissimo ac neq̃ quo minus cõtempta omni hominũ fama deniq; reuerentia post acceptũ grande auri pondus homo unus omniũ ingratissimus trãsfugerit ad Venetos.Qui sibi tamẽ rebusq; suis nihilo eius accessiõe minus metuẽtes de pace p Paulũ Barbũ legatum suũ uirũ patricium & illu- Paulus barbus
strem cõtinuo egerũt:quã ipsam princeps moderatissimus nõ solũ non recusauit:sed ultro etiã castella oĩa mũicipia omnia oppida omnia : quæ iure belli sibi uendicarat:Venetis dono cessit:quo nihil deesset omnino ad perpetuæ pacis stabilimentũ ac robur imitatus sane quod scriptum est:pacẽ meã relinquo uobis:pacem meã do uobis:Cum enim delectare- Euangelicum præceptum
tur oẽm per se pacari Italiã:nihil per sese deesse uoluit ad tollendã omnẽ belli non materiam modo sed etiam suspitionem . Altius certe animus eius suspiciebat:qui mortalia despiceret omnia ĩmortalis illius uitæ gloriam beatitudinẽq; cõtemplans:ad quam sola iusticia nos perducit. Ecce rex tuus uenit tibi iustus & saluator:inquit zacharias.Itaq; uenit redẽ- zacharias
ptor humani generis rex Ihesus:ut iustissimum nostrũ prĩcipem corpo- Ihesus
reo carcere aliquãdo liberatũ pro sua iusticia saluum faceret.Nam ut recte ac uero apud homerum ait Eumæus:non amat iniustos homines q Hõerus
iusque piumque Ornat honore deus:Haud sane mortuus est Frãciscus Eumæus
Sphortia: qui per tam multa tamque præclara iusticiæ opera se in omnẽ uitam tutatus ẽ:sed dormit:ut de puella inquit Christus:Reuiuiscet Christus
enim ac resurget in gloria non hac fragili & inani:quam uanæ hominũ circũferunt auræ:sed in illa potius:quã nulla circũscriptura ẽ ætas nulla deletura antiquitas nullus extĩcturus interitus.Nũc omnibus humanæ peregrinatiõis periculis liber est.Iam nusquã de uiis oberrare potest anfractibus.Quiescit iam tandẽ apud creatorem suum omni cura sollicitudineq; solutus:Nunc tranquillus nunc beatus est.Nã quid per ĩmortalẽ Secunda causa
deum tantopere doleamus?Lugeantur sontes:lugeãtur flagitiosi:quorũ

animi sempiternis suppliciis cruciant᷑:Nam quod est cuiq̄ apud īferos
Tertia cā supplicīū metuendū:qui supplicio dignū nihil in uita gesserit?Quin po
tius nunc postea q̄ euasit ex huius uitæ laboribus :quæ stimulis & mole
stus & corporis & animi nūquā uacat:fruitur Frācis̄cus sphortia uera in
corruptaq; uoluptate & gaudio sempiterno:quādo quidē coram illū &
aspicit:& uidet:& contēplat᷑:qui solus fons & origo est totius fœlicitatis
atq; beatitudinis.Præterea nec ullus acerbior ē dolor ī morte:quæ aliud
Quarta causa nihil est q̄ uitæ priuatio ī corpore atq; absentia:ut docet Aristoteles & id
quidē ex corruptione proportiōis corporeæ.Nā quandiu elemētoꝝ ꝓ
Aristoteles portio humanū continet corpus:uita animis illud afficit:ac mouet.Ea si
corrūpatur:animus ipse īcorruptus discedit a corpore:morsq; cōtinuo
consequitur sensu omni penitus sublato. Quid igit᷑ stultoꝝ hominum
Arcesilaus greges mortem adeo ducunt in malis?quæ:ut monebat Arcesilaus illu
stris uir academicus:ut absens:& expectata egritudinis plurimū solet af
ferre dementibus:ita præsens nemini est molesta:qppe quæ a perpetuo
sopore quodam differat nihil.Dolere aūt ex incōmodo ꝓprio hois est:q
Quīta cā nō tam alteꝝ amet q̄ seipsum:quiq; a fœneratore differat nihil.Qui enī
ex amissiōe cōmodi quod sperabat:dolet mortē alterius gauderet is cer
te:si ex eius uita incōmodū:metuisset : q̄q̄ sapientissimus ille princeps a
nobis abiit ita bene:atq; moderate cōpositis rebus suis:uniuersoq; impe
rio:ut siqd nobis dolēdū est:illud sit sane:quod si unius illius obitu inu
merabiliū cōmitatu uirtutū orbati sumus.Sed eo prīcipes probatissimi
uestra futura illustrior est laus:si annitemini:ut nulla uideamini illi bo
nitate dissimiles.Ad hæreditatem succedere fortunæ ē beneficiū:sed cā
reꝝ gestaꝝ gloria ꝓpagare uestræ uirtutis ꝓpriū est munus: quasi non
Alexāder rex pluris faciundus sit Alexāder Macedo:quod ad ultimas usq; terraꝝ mœ
tas imperiū propagarit:q̄ quod Philippi patris regnū accepit. Nos aūt q
Philippꝰ rex sub uestra diciōe uitā acturi sumus:eo feremus moderatius illius absen
tiæ desideriū:quoniā ante oculos ponētes quæ a uobis recte: & cum lau
de gesta fuerint:patrē optimū in liberis uobis optimis uiuere existima
Sexta cā bimus:& ita nihil ex eius morte nobis eē incōmodatū.Nec.n.mors ī ma
lis habēda est:q̄ cōstituta oībus ē natura:nec uitā tollit:sed cōmutat cor
ruptibilē hāc:atq; ærūnosam ī simplicē illā:& securā:& sempiternā. Præ
Pythagorei terea quod pythagorei monēt:nō absurdū fortasse fuerit audire.
Quos diuina homini dederit fortuna labores:
Quæ tibi sors fuerit:capito neq; ferto moleste.
Anaxagoras Cui etiam ipsi sententiæ astipulatur prudenter Anaxagoræ discipulus
Euripides ille tragicus:cum ait:
Euripides Casus sinistros qui bene tulerit:mihi
Vir optimus uidetur:ac sapiens quidem.
Quanq̄ si recte rem ipsam interpretemur:neq; illi grauius:neque nobis

inopinatum quicq̃ accidit. Nam quamdiu erat peregrinandum ĩ huius uitæ humanæ salebris? Aduena ego sum aput te in terra dicebat Dauid & peregrius: sicuti omnes patres mei. Siue enim mors altissimo sit somno persimilis: siue longæ: atque diuturnæ peregrinationi: ut ait Plato: ea certe non bona esse non potest: cum & animi angoribus: & laboribus corporis nos soluit oĩo. Ad hæc an ignoramus quo diuturnior est hoĩs uita: eo esse calamitati magis obnoxiã? Stultus ꝓfecto: & amẽs ille mihi uideri debet: q coĩs hoĩum casus: & humanæ uitæ fragilitatẽ nõ extimescit. Si Cyrus clarissimus ille rex ꝑsarũ post tot: tãtasq; uictorias potitus etiã babylone cõtinuo esset extictus: ludibrio Tomiridi nõ fuisset. Idẽ cũ de aliis ꝑmultis & dici: & cognosci põt: tũ maxime de Gn. põpeo magno: de G. iulio cæsare: de Marco Tullio cicerõe ꝑspicuũ est q si iuniores obissent: inimicoꝝ oculos cladibus suis nõ satiassent. Quid tantũ nobis afferre queãt maior annoꝝ numerus: quandoquidẽ si Mathusalẽ illius æquaremus ætatẽ: q ãno quartodecimo post diluuiũ morti cõcessit: cũ ãnos nouẽ & sexagita supra nõgentos uixisset: nihil tamẽ ex tãta uitæ lõgitudĩe nobis aliud supesset: q̃ maior sarcina peccatoꝝ. Xerxes ille ĩsolẽs: & supbus: q cũ qnqes decies cẽtẽis hominũ millibus hellesponto: bosphoroq; cõstratis: & Atho uelificato traiecit ĩ græciã: cũ ex altioꝛ loco suum oẽm cõspicaret exercitũ illachrymasse tradit quoniã diceret post cẽtũ ãnos se ex tãta multitudĩe uisuꝝ neminẽ. Quæ eĩm ulla tẽporis lõgitudo cũ æternitate cõtẽdat? Si ratiõe rẽ malimus q̃ ullo nr̃o uel commodo expẽdere: uel libidĩe: satis sibi Fr. sphortia satis gloriæ: satis naturæ uixerat: q tãtis & tã multis rebus sũma gestis cũ laude: regno pulcherrimo nõ cõparato solũ: sed etiã stabilito ãnos uixerit quattuor & sexagita: mẽsis septẽ: diebus q̃ttuordecĩ: relicto tã fœlici filioꝝ cœtu una cũ uxoꝛ spectatissima: prudẽtissima: optĩa ĩ tãta Italiæ pace quã ĩpe peperat solus ĩ tãta illustriũ ciuitatũ: potẽtissimorũq; regũ ac principũ societate: & amicitia: quos suis sibi maximis deuĩxerat beneficiis. Quid aũt mirari quenq̃ oportet: si naturæ ad cõstitutã dĩe: quã ꝑterĩ nõ licebat: debitũ soluerit: q natura mortalis erat. Mortuus est inq̃ tẽpestiue Frãciscus sphortia nõ minus quã fortunate: id qd' ex eius natalis Horoscopo dignosci etiã licet. Quas ob res (ut tãdẽ aliquãdo poremus) q̃ mea sit sentẽtia: cognoscite: obsecro moderatissimi prĩcipes. Satis ut opinior: mõ ostẽdimus: q̃ in hac uita mortaliũ optari cuiq̃ fœlicitas potest: eã ita uni Francisco sphortiæ cõtigisse: ut fieri maior nulla qret accessio. Nã & aĩmi bonis: & corporis unus oĩum polluit maxĩe. Fortunã habuit semp splẽdidissimis uirtutibus suis adeo ĩ rebus oĩbus obsequẽtẽ: ut ea ꝓ arbitrio uti uideret. Aliud nihil erat reliquũ: q optaret ꝑter eã beatitudinẽ: q̃ nulli fortunæ: nulli corruptiõi subiecta ẽ. Hãc illũ post mortẽ adeptũ esse cui sit ãbigẽdũ? Nõ. n. solũ eas uirtutes cõsectatus ẽ semp dũ uixit: qbus it: sed multo etiã

Dauit
Cyrus rex
Babylon
Tomiris
Gn. põpeius magnus
G. Iulius cæsar
M. Tullius cicero
Mathusalem
Xerxes
Hellespõtus
Bosphorus
Athos
Græcia
Italia
Horoscopus
Cõclusio generalis ꝑ enumeratiõnẽ & ãplificationem

studiosius q̄bus peruenit ad deū. Nam religiōe: sanctimonia: pietate nihil apud se unq̄ antiquus esse uoluit. Nō tenebat solū: sed etiā p̄dicabat diuinā esse iusticiā qua & iusti ī altera uita ꝓ his laboribus p̄mia reciperēt: quos hic inique ꝑpessi essent: & iniusti ꝓ ipsis operibus plecterēt: Nullus unq̄ dies illuxit ne belli q̄dem & īter īsidias hostium: q̄n genibus nudis humi nixus nō deuotas: ac supplicis minus quā ꝓlyxas oratiōes haberet ad deum. Nunq̄ præteriit dies: quo minus religiosis officiis: atq; sacrificiis īter esset. Idq; ab ineūte usq; ætate: Nunq̄. n. aut ineptis ludicris: aut tribudiis & saltatiōibus delectatus est: sed ad ꝓbitatē suas oīs actiones: ad deūq; referebat. Eius fide sanctius nihil erat Nemini unquā opus negauit miseri

Pius pōt. maximus — cordiæ: ne inimicis q̄dē. Viros rerū diuinaꝝ ꝑitos non minus uenerabat pic: quā audiebat libēter. Et ne sim lōgior: quā parē: cōuocarat Pius secūdus pōtifex maxīus ānis supioribus ī cōuētū illū mātuanū principes oīs: regesq; christiāos ad cōsultādū de cōstituēda expeditiōe aduersus īpetū:

Turci. Pānonia. Italia — īmanitatemq; Turcoꝝ: q̄ capta iam: & direpta īferiore Pānonia Italiæ ueluti portis īminerēt. Cæteri christiāæ reipublicæ potētatus: & hi q̄dē pauci miserūt oratores: q̄ aliud nullū præter uerba īania adiumētū afferrent ad opus tā piū: tā necessariū: tā salutare. At solus Frācīscus sphortia non oratores misit: sed ipsemet uēit cū uniuersa aula: & illustri sua illa nobilitate: quæ uniuersam romanā curiam illustraret. Is inquā Frācīscus sua illa grauissima: & maiestatis plena oratiōe præsens: corāque pollicitus est nō solum expositum ire facultates omnis: atq; uires suas ad ꝓpulsandā: & profligandā uim omnem: cōatusq; turcoꝝ: sed iturū etiā sese cū exercitu pro ipsius summi pontificis uolūtate: neq; ullū nō modo īperatoris: sed ne militis q̄dem aut laborē: aut uitæ periculū omissurū ꝓ libertate:

Christus opt. max. — atq; amplificatiōe: & splēdore fidei christianæ. Et dubitabit quisq̄ de huius pientissimi prīcipis cælesti beatitudīe apud christū: q̄ christi opera per uniuersam uitā representarit? Nec. n. eū mors offendit incautū: q̄ sexta feria nōis martiis: cuius postridie euolauit ī cælū: cōiectis deuotis: trāquillisq; oculis in saluatoris imaginē: quā tabula depicta e regiōe lecti cōtinebat: ait miti uoce: ac supplici: uisne domīe ita oio? fiat ergo uolūtas tua. Quare positis lamētis oībus: & querelis nō tam nobis dolēdū est: quod talē principē amiserimus: q̄ lætandū: quod talē habuerimus: cuius mirificas: īmortalisq; uirtutes si semꝑ aīo uolutabimus: easq; apud oēs quottidie crebris sermonibus usurpabimus: īcredibili ꝑfecto mihi credite: uoluptate detīebimur. Nā q̄d tātū doloris mors cuiq̄ potest afferre: ī qua ipsa nō solū nulla est iusta lugendi causa: ut modo ꝓbauimus: sed etiā cū

Ambrosius. Aristippus — alia plæraq; bona insunt: tum illud in primis: quod & uitia sepelit: ut inquit Ambrosius: & uirtutes suscitat? Itaq; rectissime scriptū est. Moriatur anima mea in animis iustorum. Si aristippus ille cyrenaicus: quo humanæ uitæ cōsuleret: q̄cq̄d auri: q̄cq̄d nummoꝝ habuit: dicit̄ abiecisse:

nos ut ĩ cælo sempiterni futuri simus:u itá hác ĩstabilé:& ĩcertá tátopere tuebimur? Si Menicœus thebáus:si rex athéarũ codrus:si phileni:si curtius:si tres illi decii pater:filius:ac nepos:si alii nonnulli uiri magni:& clari ĩani ducti gloria huiusmodi ĩpõte morti se dediderũt:nos ut gloriam cæleſté adiſpicamur:morté hanc adeo doleamus:q̃ uel naturæ cursu ob uenerit:uel dono oĩpotétis dei:ꝓuidétiaq; cõtigerit? Sed ne si lõgior fuero:maioré uobis pr̃es cõſcripti:aulicíq; ducales:ac reliqui nobilissimi ciues:quo ad uos tádé solos nr̃a se cõuertat orõ: acerbioré ex recordatiõe illius nr̃i amissi prĩcipis doloré ĩcutiá:cũ omne uulnus eo magis exulceraẗ:atq; recrudeſcit.quo attrectaẗ magis. Hoc ego loco finé dicédi faciá:si unũ illud uos prius cõmouero:ꝓpterea esse oés reliqas ægritudinis ex aĩmis nr̃is radicitus extirpádas:ꝙ nõ mõ nõ é mortuus Fráciſcus ſphortia:sed uiuit adhuc:uiget:ꝙ:ac sapit:& ĩ dies magis:magisq; adoleſcit cũ ĩ reliqs suis liberis:& sua ꝑſtáti ĩdole:& spe pr̃næ ꝓbitatis ĩsignibꝰ:tũ potissimũ ĩ excellétissimo duce nr̃o Galeacio Ma.cuius tátus ĩgénii splédor tanta magnitudo aĩ:táta orõis maiestas:táta ĩ deũ ueneratio:táta iusticia: tánta béignitas:tátũ hõestatis studiũ:ut certo ſpaẗ iá liceat : hũc pr̃ná gloriá oém nõ eq̃turũ mõ:sed etiá nõ secus supaturũ:quá ac Achille caniẗ pelleus supatus. Ná de huius matre Blanca Maria regina nr̃a qd attinet plura meminisse:cuius ĩnocétissima uita : sanctissimiq; mores apud ipsos etiá hostis sunt uenerabiles? Quotiés ĩ hos cõiecerimus nr̃os oculos:ac menté cũ nr̃e fidei:synceræq; pietatis fungemur officio:tũ diui Fráciſci ſphortiæ humáitaté:beneficétiá:absolutissimasq; uirtutes iucũdissima cũ aĩmi uoluptate ĩ memoriá reuocabimus. Ná qd̃ ĩ me est:unũ illud uobis polliceor:ꝓmitto:ſpõdeo:quátũ ꝑſtare ĩgenii potero uiribus :quátũ lingua resonare:quátũ arũdine latíe:græceq; ſcribédo cõsequi aut oratoria: aut poetica facultate:ſp unus apud me Fr.Sphortia memorabiẗ:audieẗ:legetur:ut nõ mortuũ mĩus:quá uiuũ ab uno Fráciſco philelpho & amatũ illũ: & obseruatũ:& celebratũ ꝑſenté oés:uéturiq; cognoſcát. Finis.

Quæ qdé oratio habita é ab eodé Fráciſco Philelpho eqte aurato : laureatoq; poeta ĩ ecclesia cathedrali Mediolãi:die lũæ.vii.Idus Martias:anno a natali xp̃iano Millesimo quadrigentesimo sexagesimo septimo.

FRANCISCI PHILELphi Oratio habita ĩ funere diuæ uiraginis Blancæ Mariæ Mediolanésium ducis.

n VNQuam Futurum exiſtimará:Patres cõſcripti: ut nostro huic inuictissimo:atq; optimo prĩcipi Galeatio Mariæ ſphortiæ cõsolator accedere ĩ luctu tá ĩopinato:tanq̃ ĩmaturo clarissimæ:ĩdulgentissimæq; matris:ac uiraginis ĩclytæ Blácæ Mariæ: q̃ qdé una ex uniuerso mulierũ omniũ generẽ nihil ætas nostra pulchrius tulit: nihil illustrius:nihil præſtátius:nihil melius:nihil uenerabilius:nihil deniq; ex oĩ

Menicœus
Codrus
Phileni
Curtius
Decii tres
Galeacius Maria
dux
Achilles
Pelleus
Blanca Maria
Fr. ſphortia dux
Fáciſcus philelphus
Galeacius Maria

parte perfectius.Nam & si noram illam esse natura mortalē :tamē cum mecum ipse tacitus cogitarem: quãta foret uitæ cõ tinētia:quãta frugali tate:quãta ĩ rebus omnibus moderatiõe:& ordine:minime ꝑfecto dubi tare poterã homo septuagenarius iam & amplius:me nunq̄ eius funeri ĩterfuturũ:quæ nondũ absoluisset ætatis ãnum quartum & quadragesi/ mũ.Sed ĩanis est ꝑrsus:atq; irridēda nostra omnis humana prudētia:ut uelimus nobis certi quicq̄:ĩcertiue polliceri:qui qua hominis parte mor tales sumus:omni mutabilitati:ĩfirmitati:corruptiõi subiaceamus.Itaq; nõ possum nõ misereri & humanæ cõditionis:& ipsius mei q in id mise riarum ĩciderim:ut eius sim funus deploraturus:ĩ cuius uita certissimũ mihi:liberisq; meis præsidiũ collocarã.Venione ipse te laudaturus mor/ Blanca Maria tuã Blãca Maria:quæ ob ĩnumerabilis tuas:diuinasq; uirtutes digna fue ras ut nõ morte solũ:sed mortis omni uacares suspitiõe?Nam quo ma/ gis atq; magis tuã ꝓbitatē:& morũ integritatem:pudicitiam:ĩnocentiã: fidem:pietatem:sanctimoniãq; cõsydero eo me maior ex obitu tuo mæ ror adeo inuadit:ut quid de te primum locuturus sim:nesciam. Fulgor enim patriæ:parentũq; claritudo:ac cætera oĩa:quæ sub fortunæ impe/ rio posita cēsentur:tametsi magna ĩ te fuerãt: & excelsa: hæc tamen alia sunt:ut ꝓpria nequeãt cuiusquã bona appellari.at excellentia animi tui: maiestasq; uirtutis me de te mecũ diligētius cogitãtem ita reddit attoni tum:ut ab hac omni cõsolãdi oratione deterreat. Oh quãta: & q̄ grauis ad nos calamitas uirago heroica ex tua decessiõe peruenit.Heu q̄ nostri nos cogitatus de tua diuturnitate fefellerũt:ut cuius uitam quanlongis simam fore putaremus:ea in florescentis adhuc ætatis decore deciderit. Sed quo feror fanaticus senex? Quo meus me ĩtollerabilis præcipitem rapit mæror? Quo pacto sim alios consolaturus in tanta luctus acerbi tate:nisi mihi tãtisper antea moderer a doloris aculleis:donec de tuis di/ uinis laudibus uerba faciens ex illarum breui commemoratione digna consolatio oriatur.Sed quod tãdem initium de iis facere aggredior? Nõ ne id unum est præstantiæ tuæ certissimum argumentum:quod natura omnipotens:quod deus ipse optimus maximus de te una mulierũ pla/ ne omnium:quæ aut sunt:aut fuerunt unq̄:aut ĩ omnem posteritatem futuræ sunt:ĩnocentissima:& optima admirabilia quædam:ac dilucida signa tulit:quæ nulla hominum queat deprauare malignitas? Cum pri mum enim cœpisti ægrotare:nouum astrum exoritur:quod antea nũq̄ huiusmodi nec uisum:nec auditum magnum nescio quid:atq; obstupē dum portendere uidebatur(Nam ut mea fert opinio.

Cometes
Nõ est ille ferus:qui uexat regna Cometes:
Et solet humanis rebus adesse minax:
Sed quod olympiaco deus auctor misit ab axe.
Sydere quo tanto regna superna colas.

Voluit enim deus: ut quo illustriũ uirtutũ omniũ ductu ueluti splendidissimo quodã sydere tuæ futuræ post mortem beatitudini in terra præluxeris eodem nũc illustreris ĩ cælo. Quo factum mirabiliter uidemus: ut una cum tuo obitu astrum ipsum ex hominum oculis occidẽs continuo euanuerit. Nulla est sane tanta uel leuitas uel celeritas: quæ cum animi aut leuitate aut celeritate cõferri queat. Tu Blãca Maria tu inquã mulier sapiẽtissima cũctis abstersa humãis sordibus & omni terrestri cœno purgata penitus corporeisq; soluta uinculis libera omnino atq; tui compos leuisimo quodã celerimoq; uolatu in cælum illicet es euecta æterno gaudio ĩter ãgelos potitura. Nõ enim cũ illis sentio patres amplissimi: q nemini patere putãt neq; bono cælestẽ gloriam: neque malo ĩfernale supplicium ad plẽitudinẽ usq; temporis ac futurũ illud uniuersale iudiciũ. Sed ascẽdit cõtinuo ĩ cælum tum e corpore est egressa diua regina hæc nostra: ubi iam fruitur suorum mercede meritorum ĩ conspectu creatoris sui. Id uero quãquã ita de te mihi & tenẽdũ uidetur & affirmãdum uirago sanctissima: tamẽ cum tãta nos obtuam ex hac uita migrationẽ læticia & tanq̃ beatitudine priuatos ĩtueor nõ possum equidẽ non fateri aliquid esse cõcedẽdũ imbecillitati naturæ. Nam ut nimia ægritudo animi est mollium stultarumq; fœminarũ: ita moderatus quidã atq; sedatus animi motus ĩ luctu repræhẽdi nõ debet. Quo enim pacto p deũ immortalẽ nos ipsos cõtĩeamus generosa excelentissimaq; uirago: quo minus animo cõmoueamur: cũ te corã iacẽtem extĩctamq; aspicimus. Vbi est tua illa uẽusta facies niue omni candidior. Vbi rosæ nitidæq; genæ: quibus gratiarũ: quas fabulãtur: mirabilis decor quidã referebatur? Vbi oculorũ splẽdor solaribus micãtior radiis? Vbi ubi tuus ille grauissimus sermo mira suauitate cõditus? Heu heu me miserũ atq; infelicem. Quis usq; adeo sit animo saxeo ac ferreo: q hæc tãta & tam eximia naturæ bona ĩfinitis quibusdã atq; ĩauditis illustrata uirtutibus nõ reqrat amissa? nõ queratur? nõ ingemiscat? nõ collacrymetur? Cæterũ omni ĩ re modus seruãdus est patres cõscripti: & ita humanæ ĩfirmitatis cõcedẽdũ: ut nequid minus secũdũ illius Chilonis lacedæmonii sapiẽtissimũ dictum. Itaq; omissis omnibus & querelis & lachrymis nostra se omnis ad te cõuertatur oratio Galeaci Maria prĩceps moderatissime. Scio tibi neq; admonitore opus esse ad acriter recteq; de unaquaq; re iudicãdũ: q sis ingenio diuino potius q̃ humano: neq; adhortatore ad singulas uitæ actiões pro dignitate atq; officio obeũdas: cuius prudentia tanta est ut uix habeas parem: supiorem certe neminem. Quo fit: ut paucis mihi tecum sapiẽtissimo & ĩgenti aĩo uiro agendum ĩtelligam. Aegre tulisse te & pmoleste maternum obitum & si dubitat nemo: tamen ea est pspicua coniectura: quod ubi certior factus es prudentiũ medicoꝝ litteris matrem extremo iam spiritu laborare: ipẽ tam tristi perculsus nũcio confestim relicto

Ambrosii opĩo ĩ libro de bono mortis

Gratiæ

Chilo lacedæmonius

Sabbau/ diences firmissimo robustissimoq; exercitu: quẽ aduersus adoriẽtis Sabbaudiẽsium copias ad ĩdubitatã ac certã nõ pugnam sed uictoriam ĩstruxeras: matrem uisurus allocuturusq; deuolasti. Neq; ĩterea temporis usquam

A biatis a gemitu ac lachrymis es tibi inter eqtãdũ moderatus. Abiatem ad meri

Mediolanum diem cum uenisses: nec multo post Mediolanũ: quotiens te ĩtra cubiculum recepisses: lamẽtationibus & flætibus nunquam abstinuisti. Ad Me

Melinianum linianum ubi peruenisses ad matrẽ iam morti ppinquã: tu hoc loco facile ostẽdisti ut par erat: & magnitudinẽ ĩuicti aĩmi tui: & præcipuã quandã singularemq; sapientiã. Nam quãquam eam intuens tãta es cõfectus animi acerbitate: ut uix a te manum continueris: tamen qnod unum difficillimũ est: uicisti teipsum: qui gemitu omni lacrymisq; cõpressis ĩ hũc modum locutus sine ulla mutatiõe uultus perhiberis. Mater dulcissima cur adeo te prosternis atq; affligis. Vbi est fortitudo animi tui? Vbi constantia? Vbi magnitudo? De te mihi medici spem dant optimã. Teq; propediẽ omni aduersæ ualetudinis periculo liberam fore certo pollicẽt. Noli obsecro mater indulgentissima a teipsa desciscere. Collige animum tuũ. Noli te ultro deserere. Num fortassis ignoras meam uitam a tua pendere uita? Propter me saltem quẽ ex omnibus tuis liberis maxime diligis: dilexistiq; semper: redi ad te spemq; uiuendi reuoca. Quibus mater iter frequentis anhælitus auditis & spiritu: quem iam pœne amiserat: ueluti reuocato oculos ĩ te unũ cõiiciens. Vero ĩquit. Galeaci fili mi: iucũdissime locutus es. Nullũ ex omnibus meis liberis neq; magis dilexi unquã: neq; pluris feci quã te. Sed ego ut potes animaduerteret: naturæ satisfeci. Deus noster me p sua misericordia ad se reuocat. Huic parẽdũ est. Com

Elysabeta mẽdo tibi animã meã: deĩde fratres hos tuos omnis Elysabetãq; sororẽ: quoq; te patrem esse oportet. Hyppolytæ uero filiæ mihi dulcissimæ ut

Hippolyta qbuscũq; ĩ rebus opus fuerit: nũquã sis dfuturus: ita abs te peto: ut aliud ex animo nihil magis. Commẽdo tibi Mediolanẽses meos cæterosq; pa

Mediolanenses ternæ ditiõis populos. Cremonẽses uero q mihi ex pr̃no iur̃ dotales sunt tibi do atq; relĩquo dono: quos nec alterius cuiusq̃ fore unq̃ uolui. Ea ta

Cremonenses mẽ lege cremonẽses tibi do atq; relĩquo dono: ut urbs tui sit iuris: sed urbis puẽtus oẽs æqualiter ĩter te frẽsq; tuos diuidãt. Eos aũt oẽs ciues ut

Maria uirgo cõmẽdatissimos habeas: uelim. Ita enim meriti d me sunt. Ad postremũ familiã nostrã omnem ita tractabis: ut ĩtelligat obsequia in me sua non

Ihesus xp̃s fuisse frustra. Ego iam pœnis corporis liberata beneficio beatæ Mariæ uirginis cũ Ihesu xp̃o redẽptore nostro futura sum. Quibus dictis pĩde

Fatres obseruantiæ quasi obdormisset: uitam deseruit. Quod ipse princeps humanissimæ. aspiciens diutius naturæ aduersari nequiuisti: quin sensibus cunctis fere amissis uoce etiam interclusa excideris. Quo quidem tempore a fratri

Beatus Frãciscus bus obseruantiæ beati Francisci: qui diuino quodam nutu sex ac trigita ex ordine illo primarii eo die in id cubiculi nec accersiti nec rei cõscii con

uenerant:ulnis exceptus in proximum cubiculum es delatus. Vbi cum post spatiū redisses ad te:& īterceptas corporis uires uix recuperasses tū est ab oībus ītellectū idem dici de te uerissime potuisse:qd' de ænea uirgilius cecinit. Spem uultu simulat:præmit altum corde dolorem. Simulabas tu modo hilaritatem quandam ī facie:cum matrem ad bene de se sperandum adhortabaris:cum doloris tamen uulneribus cor tibi tuum trāsfigeretur. In quos eīm singultus euestigio es solutus? Quæ mæroris uerba in medium protulisti? Quos lachrymarum effudisti riuos? Quæ nō es questus. Non lamentatus. nō uociferatus? Oblitus tu quidem ob maternam pietatem id quod tua bona cum uenia dictum uelim:decere principem nihil haberē commune cum uullgo. Lamētentur mulierculæ. Eiulētur īdocti. At uir magnus atq̧ idem sapiens se sui similem semp̄ præstet. Tu sicuti unus es ciuibus tuis uniuersis ut potestate: ita etiam omni uirtutis genere superior:te talem ostende:qualis & es:& haberis īfracto & forti animo principem:præsertim cum nulla sit tibi oblata honesti: cuiusquam fletus & eiulatus causa. Mater tibi mortua est. Mortua sane mulier omni muliebri sexu & dignitate præstantior. Quam enim Artemisiam quam Pantheam quam Corneliam quam Liuiam augustam cum unius Blancæ Mariæ tot summis: tantisq̧ uirtutibus comparemus? Quid enim loquar ut hinc primum ordiar de eius animi pudicitia:quæ nesciam: maior ne fuerit an castitas impolluti illius corporis q̄ semper non uenerati minus q̄ admirati sunt omnes. Sermonis autem pudor cumfacti cuiusq̧ uerecundia contendebat:ut æq̄ ī uerbis nulla dep̄hēdi posset uel osœnitas uel scurrilitas atq̧ ī factis qcq̄ qd' minus cōueīret cū grauitate & sanctimōia. Itaq̧ cynicorū ieptā īpudētiā loco flagitii ducebat:q & suis uerbis nude omnia appellarēt:& facerē multa in p̄patulo nō erubescerent:qbus nihilo differrent a spurcissimis animātibus. Nec tamē interdum nō utebatur salibus & cauillis:quibus ita utabat̄:ut offenderet neminem:& placeret omnibus. Humanitate uero & clemētia erat tāta:ut uirum etiam Frācīscum anteiret:quo quidē uno nec. G. Iulius cæsar ille:q humanitatis & clæmētiæ laudibus fertur ī cælum:uel humanior uel clæmētior haberet̄. Quā naturæ bonitatē & animi magnitudinē:per uniuersam uitam adeo est amplexa:ut nedū omnem obliuisceret̄ iniuriam:sed iis etiam benefaceret:a quibus iniuriam accepisset:secuta ea quidem diuinum præceptum illud mihi uīdictam: & ego retribuam. Omnia enim mulier integerrima semper ad deum referebat: quem norat supra hominum merita munificētissime retribuere Artaxerxes cognomēto memor ut adeūtibus & facilem sese præstabat & obsequētē ita legitimæ iubebat uxori:ut carpenti regii aulæis undiq̧ sublatus aditū adeūdi sui iter p̄ficiscendū is quā facillimū faceret: qui re aliqua egerent? At Blanca Maria ita ingenio erat miti ac placido:

Aeneas Virgilius

Artemisia

Panthea

Cornelia

Liuia

Pudicitia

Castitas

Pudor

Verecundia

Cynici

Sales

Humanitas

Clæmentia

Fr. Sphortia

G. Iulius cæsar

Bonitas

Magnāimitas

Beneficētia

Artaxerxes rex

Facilitas

ut sine cuiusquam admonitione adire se uolentem intempestiuum du-
Auaricia ceret neminē. Quinimmo ea attentiōe atq; lenitate unūquemq; audie-
bat: ut obsequentissimi numinis benignitatem repræsentaret. Videmus
plerasq; prope omnis mulieres & comparandæ & congerēdæ pecuniæ
per cupidas. A quarū natura ac moribus q̄ esset hæc aliena operæ præ
cium est breuiter audire. Nondum excesserat infantiæ terminos cum
Philip- hanc Philippus pater ad sese accersitam: nam huius & suauissimo affatu
pus dux & aspectu ipso delectabatur plurimum uel ob eam rem maxime: quod
circa liniamenta corporis uideret eam sibi quam simillimam: ut aureos
Genuen- nummos: quorum millia permulta casu iacebant in apposita mēsa a Ge
ses nuensibus missa dono: acciperet: quotquot uellet: hortatus est. At īfan
tula ne oculos quidem conuertens in genuinos non mihi istis opus est.
Genuini inquit: mi pater. nam nihil istiusmodi mihi deest per matrem meam.
Quæ uerba Philippus admiratus. At uolumus: īquit: accipias saltem de
cem. Tum illa paternis obsecuta iussis aureis decem acceptis: & ei gratias
egit: & manum uerecunde osculata cum primum reuertisset ad matrē
eā omnē pecuniā. īter āncillulas distribuit: accipite īquiēs: quo matri meæ
carissimæ libētius simul ac diligētius pareatis. A quibus sane initiis īfan-
Liberali- tiæ cum nullū unq̄ peculium fecit: tum quascūq; ex amplissimis ꝓuenti
tas bus suis cōsecuta est pecunias: eas oīs q̄ liberalissime & ꝓ dignitate merē
tium usq; distribuit. Quid sigillatim eos memīero: quos nullo quasi nu
mero suæ munificētiæ magnitudine sibi q̄diu uixit deuinxerat: Quot ī
genuas puellas quæ ob dotis inopiam forsitan turpiter pissent suis pecu
niis uiris legitīe & honestissime collocauit? Quæ monasteria nō restitu
it? quæ nō amplificauit? quæ nō ornauit: ac locupletauit? Quos religio-
Pietas sos quos dei seruos īmunes suæ beneficentiæ unq̄ esse uoluit? Profecto
hæc una ex oībus fuit: quæ comunē bonoꝝ omniū nata utilitatē posset
iudicari. Quantam aūt curam ꝓ iis gereret: qui ta defuncti essent: eius tā
multa nec unq̄ intermissa āniuersalia atq; parentalia dilucido sunt argu
Anniuer mento. Neq; minor eius fuit iusticiæ obseruātia erga hoīes: q̄ pietatis er
salia ga deum: Nam eius fide sanctius nihil erat. Quicquid. n. ꝓmisisset: emo-
Parētalia ri mallet q̄ minus q̄primum effectū reddere. Quare cū diem obituram
Iusticia se aīaduerteret: aiebat ob eā rem dūtaxat uitā tantispēr cupere: donec æri
Fides alieno satisfaceret: Nam ob donandi magnificētiam æs alienum nō me-
dicore cōflarat. Idq; ut dissolueret: accuratissimo cauit testamēto. Om-
nia iusticiæ munera ī mediū referā nō est opus: cū neminē prætereat nō
frācíscus modo illam oī iniuria ac maleficio semꝑ abstinuisse sed ita operam atq;
dux industriam semꝑ adhibuisse: ut nullus sibi locus propulsandæ ab aliis in
Galeaci iuriæ relīqueret. Quā ob aliā cām putemus cū & eius uir dux Franciscus
us dux nō esset iuiuls: & Galeacius hic prīceps noster cū exercitu abesset ī Gallis
Galli in auxiliū Lodouici regis missus a patre nullos tumultus nullos omnio

motus in tanto rerum discrimiue cõsecutos:cum terror propter superiora bella imineret a finitimis oibus præsertimq; a Venetis qui & potẽtissimi forent:& ob nõ absurdas quasdã suspiciões honestã uiderent habere causam iusti belli.At hi ut sunt uiri iustissimi:nefas esse atq; piaculi simile iudicarũt armis lacessere sanctissimã mulieré.Quimpotius eam p benigne hortati sunt:ut bene de sese amicissimeq; speraret: cũ nihil prorsus ꝑtermittere decreuissent:qđ ei eiusq; rebus oĩbus profuturum ĩtelligerẽt. Quã Venetorum mentẽ cũ finitimi cæteri cognouissent:lõge facilius sunt adducti:ut quiescerẽt:nec in ducẽ clarissimã temptare aliquid auderent: quã hi etiã præ uirtutis magnitudine uerebant: quos hostili in eam aĩo esse censebãt:Habebat cũ iusticiæ cõiunctã opibus Blanca maria nõ solum ingenii acrimoniã qua dicto citius res singulas discernebat:sed prudentiã quãdã supra hoĩs naturã:ut suo falli iudicio nunq̃ posset.Hãc muniebat corroborabatq; ualidius tẽperãtiæ adminiculis: qua existimatio potissimũ seruatur oĩs.Nã & cibo erat moderatissimo & uino dilutissimo utebat atq; aqua mera nõnũquã:cũ diuinis ieiuniis indulgeret: qđ eius rei sæpissime faciebat.Quãta uero in ea eẽt dicẽdi grauitas quantus lepos quanta suauitas:hi oẽs meminere:qui quottidie loquẽtem audiebãt.Et loquebat illa quidẽ ornatissime:uel potius eloquebat cũ opus foret:& rursus tacebat:cũ locus tempusq; reqreret. Audiebat enim quod legitur apud Sophoclen poetã.Mundũ mulieri fert silentiũ o mulier.Verum quoniam norat in perpolita castigataq; oratione uim maximã inesse ad omnes animi motus uel cõcitãdos uel sedãdos:curauit assidue ut liberi sui cum sapientiæ studio eloquẽtiæ coniungerent maiestatẽ. Non enim ignorabat mulier prudẽtissima q̃ parysatis regina illa persarum Cyri iunioris & artaxerxis mater filiis consiliũ dabat:decere eũ principem: qui apparate atq; imperiose quicq̃ dicturus esset:oratõe uti grauissima: atq; ornatissima.Tradũt Corneliã africani supioris filiã atq; Gracchorũ matrem permultum filiis ad eloquẽtiã profuisse:quoniam latinitatem perpulchre calleret:essetq; disertissima.Num fortassis existimemus paruo adiumento a prima usq; infantia nostro huic sapientissimo eloquentissimoq; principi matrẽ hanc Philippi mariæ filiam Franciscique uxorẽ extisse cuius ut uita omnis erat hõestatis plena:ita quottidianus sermo mirificã dulcedinẽ quandã omni melle suauiorem grauitatemq; redolebat sententiarum crebritate atq; acumine redundantem? Quantũ momẽtum habeat copiosa elegansq; oratio & ad persuadendum accõmodata. M.Tul.Cicero cum in aliis pluribus causis:tum in illa præcipue demonstrauit:quã habuit apud.G.Iuliũ Cæsarem dictatorẽ pro.Qu.Ligario Ita erat Cæsar in.Qu.legariũ animo inflãmatus:ut eum oĩno foret condemnaturus.Quare cum uenientẽ Ciceronem uidisset:ut hoiem defẽderet,conuersus ad amicos clam dixisse fertur. Quanq̃ reus mihi certo

Lodouicus rex Veneti

Acrimonia

Prudẽtia

Tẽpantia

Eloquentia

Taciturnitas

Sophocles

Eloquentia & sapientia

Parysatis regina

Cyrus iunior

Artaxerxes rex

Cornelia

Scipio africanus

Gracchi

Philippo Maria

Frãciscus Sphortia

M.Tul. Cicero

G. Iulius Cæsar

Qu:Ligarius

M.Tul. Cicero Cæsar Pugna pharsalica Tubero M. Antonius orator Marius Cinna Athenienses Pisistratus Pericles Anaxagoras Plato Cyrus rex

dánandus est:nil tamé ꝓhibet :ut Ciceroné audiamus. Quátum fuerit dicédi pōdus q̃tus torrés:quáta uis quátus impetus ĩ diuio illo ingenio M.Tul.ciceronis:uel hic ĩtueri licet:ꝙ & Cesaré & dictatorem & romanorum omniū eloquentissimū:& ira extuenté in reum ut qué aio iá cōdénarat:absoluere cogerit uel inuitū:Nō solū enim Cicerone causá agéte pro dignitate inter attétius audiédū cæsar se cōtinere non potuit: qn & uultū sæpe & coloré mutaret ĩ facie:sed ubi ad cōméorationé pugnæ pharsalicæ prudés deuenit orō:seq͂ cicero cōuertés ĩ accusatorem Tuberoné turbato uultu uoceq͂ altiore eaq͂ ueluti iracúda ĩ hæc uerba erupisset.Quid.n.Tubero ille tuus districtus in acie pharsalica gladius agebat cuius latus petebat: quis erat sensus armoꝝ tuoꝝ: quæ tua mens oculi manus ardor animi: Quid cupiebas: Quid optabas. Cum in hæc ĩquá Cicero nō artificiosus mīus q̃ uehemétius uerba erupisset: ita Cæsar aio est cōmotus.ut pinde atq͂ sui ĩmemor ac pene amens p totius corporis cōquassationé libellis:quos inter manus habebat:abiectis cōtra pertinacem illam animi sététiam eum absolueret:qué nō iniuria oderat. Quid dicá de.M.Antonio illustri illo & grauissimo oratore: Nōne quos Marius ac Cina milites ad se obtruncádū miserát:ita sermone suo flexit ac placauit:ut quos in eius sanguiné mucrones distixerant & iam uibrabát ꝑcussuri:eos obstupefacti oĩ cruore uacuos in uaginas remitterét.A thenienses uero sola pisistrati capti facúdia regiū eius ĩperiū perpeti maluerūt q̃ solonis cōsiliū sequétes publica frui libertate.Idéq͂ pericli quodámodo cōtigisse legimus:q quoniá sapientiam cū eloquétia cōiunxisset. Fuerat enĩ Anaxagora usus p̃ceptore:agebat in Atheniensi populo ꝓ uoluntate oía.Delectabat̃ Blanca Maria ubi diuinis officiis cæterisq͂ rebus necessariis functa eét:nam ociosa erat nunquá.semꝑ aliqd lectitare:quo & sibi prodesset:& melioris redderet suos liberos.Quare cū in eam Platonis sététiá incidisset:qua ille dixisse tradit̃. Tum demum terraꝝ orbé beatū fore:cū aut sapiétes regnarent:aut reges sape cœpissent:lōge maiore studio curauit:ut filii sui quátum humanū pateret̃ ingeniū:& ignorarent nihil:& quod didicissent:apposite decoreq͂ loquerent̃:ut quos parentum diligétia munisset tam opulento:tam florenti ĩpio: hi quo recte saperét:doctrina & eloquétia ornarent̃:huiusmodi enim studiis eos præditos longe apud oés fore admirabilioris arbitrabat̃. Id uero quátá præ se ferat utilitaté:exéplū oĩbus ꝑspicuū reddidit noster hic princeps cū adhuc eét adolescétulus.Fatebor aūt uel p̃sente ipso ꝙ ueꝝ é:haud q̃q̃ dissimuláter.Noui enĩ humanitaté & modestiá eius:q nō modo mentiri me nolit sed ne médaciū quidé dicere.Ná táetsi honestissimus semꝑ factis delectat̃ magis q̃ ullis fecúdis laudationū auris:uerá tamen gloriá aspnari nō debet p̃sertim eá:quá sibi cōem esse ĩtelligit cū ciuibus suis cū indignis parere prĩcipibus ꝑmolestū sit ac dedecorsum. Legimus Cyro

seniori illi q̄ primus ĩ persis regnauit: multas gẽtes natiõesq; paruisse terrore eius nõis: utpote q & sapiẽtissimus qdem fortissimusq; uir quicqd aggrediebat̃ ex sententia sua q̄celerime efficeret: sed multos pluris eius imperiũ ultro expetisse: qd' & iusticia & animi moderatiõe ĩter mortales oĩs hr̃etur ĩsignis. Solis ĩquã animi bonis splẽdidissimisq; uirtutibus rex Cyrus tantũ sibi nomẽ: tantã gloriã in uniuersũ terrarũ orbẽ cõparauit: ut oẽs ad sese cõuerteret: & ita beniuolẽtia deuinceret: ut ab eo regi gubernariq; exoptarẽt. Cui qdẽ uni nõ finitimi populi solum sed illi quoq; nõ iuiti paruere: q distaret a Perside nõ mõ plurimos dies uerũetiã mẽses eũ alii ne ip̃m qdẽ uidissent unq̄: & alii certo futurũ existimarẽt: ut pp ĩmẽsũ regionũ interuallũ nunq̄ uiderẽt. Et enĩ prudẽtissimo optimoq; p̃ricipe qd optabilius qd beatius qd deniq; diuinius dari queat ĩ hoĩum uita? Talẽ aũt eẽ p̃ricipẽ hũc nr̃m & in dies magis atq; magis fore: haud obscure licet nõ dignosci minus q̄ spari. Aberat is qd' nõ memineramus ĩ Gallia trãsalpĩa iussu pr̃no auxiliũ ferẽs regi frãcorũ Lodouico: ab quo agnati eius oẽs necessariiq; defecerãt: cũ repẽte ĩter ipsã de hostili p̃da uictoriã p maternũ fit nũciũ certior Frãciscũ sphor. pr̃em ĩopinato perisse obitu. Quare hortatus ut nullo p̃rsus ĩtermisso tp̃e iter quã posset tutissime: p̃paret ĩ p̃riam: iis nocte iũcta cũ die ut res postulare uidebat̃: idutus mercatoris habitu cũ qnq; fidelissimis comitibus q̄si mercatoribus p alpes ipsas obeqtat q̄uelocissime. Nã iccirco hac ẽ usus calitate militari Galeacius: quoniã iure sibi metuẽdũ eẽ cẽsebat a Sabbaudiẽsiũ ĩsidiis. Exercitũ uero oẽm loco tuto ĩ delphinato reliqrat. Nã eũ secũ agere ĩ tãta q̄ opus erat: celeritate q poterat? Quo die octauo idus martias dux Franciscus mortuus ẽ. Erat Mediolani Petrus lignanẽsis: q sub eius merebat ĩperio. Is cõtinuo p celerẽ nũciũ Augustino abbati mõasterii cæse nouæ: q ut erat hõ facinorosus: rebus sẽp nouis maleficiisq; studebat: rẽ oẽm significat: eũq; hortat̃: ut qd' accidisset cõi dũæ hyolãti Sabbaudiæ duci cõfestĩ expõat: & qd' faciũdũ sit paret. Nã Mediolãi tumultuaria eẽ oĩa. At abbas augustinus ĩgeniũ ueritus muliebre cũ primoribus qbusdam senatoribus solũ eã rẽ cõicat: quorũ etsi aliq ĩtercipiẽdum esse Galeacium suadebant: qui se tamẽ magis grauitate cõsilioq; præstabant: id dissuadebant omnino: ut rẽ iniquam ac p̃iculosam: q nimo liberũ præbẽdũ trãsitum cõsulebant: & tantũ tanq; formidandũ p̃ricipẽ quamhonorificẽtissime excipiendũ. Egerat in sẽtẽtiam suam abbas Augustinus equitẽ auratum ac uirum sane strenuum Vgolinum alemannum chambiẽsẽ qui Taurini per id temporis prætorem gerebat. Ii duo ex chambriaco mox abequitant citato itinere mõtem cinisiũ transgresuri Italiam uersus: quo ex ea parte quæ Mediolani gerebantur agnoscerent. Et superato iam eius montis cacumine famulus illorum aduenit inquiens se uniuersam adequitasse noctem amisso equo: posteaquam ex chambriaco,

Perse
Persis
Gallia trãsalpĩa
Lodouicus rex
Fr. sphortia dux
Sabaudiẽses
Frã. dux
Petrus lignanẽsis
Augustinꝰ abbas
Sabbaudia
Augustinꝰ abbas
Vgolĩus alemãus
Taurinũ
Chãbriacum
Ciniius mons
Mediolanum

ubi ab iis ob negocium quoddam cõficiundũ relictus fuerat: discessisset adhuc cũ die: quodq͛ in Galeacium ĩcidisset indutum ornatu mercato-rio: quiq͛ laneo pilleo tectũ caput capitioq͛ haberet atq͛ faciẽ fere totã p̃-ter oculos. addebat etiã se cũ illo frustra sermonẽ conseruisse cum ne mi-nimũ quidẽ uerbũ ex eo excipere potuerit: habere aũt secũ ad quinq͛ co-mites idẽtidem ĩdutos: nec deesse posse quãtũ ex eius equitatiõe posset animaduertere: quin postridie eius diei transitũ illac faceret in Italiam.

toro sit alienũ Sãctum inquam & impollutum oportet eẽ cõiugium ꝙ ut ĩ omni uita mutua dilectione tueamur: illud nos oportet præceptum assidue meminisse nec uirum habere potestatem sui: nec uxorem sui eẽ arbitrii Sed utrunq; alteri pari quadã pietate obstringi. Quid enim me minero: quæ quantaq; commoda atq; emoluméta ex ĩpo benecõuenienti cõnubio consequuntur: cum ii simus ignari ut est prudentis patrissamilias rem quottidie: quãtum honestas patitur: augere ita sollertis diligentisq; matronæ eam domi digerere ac tueri. Quare nõ equidem possum uobis nõ admodum gratulari Iohãnes antoni atq; Margarita: qui diuinum præceptum ac legitimã coniungii sãctioné hoc die ꝙ utriq; uestrum felix fortunatumq; sit: inituri q̃rectissime uobis posteritatiq; uestræ cõsuluistis facturi uos certe omnia pro uestra uestrorũq; dignitate. Nã ut abs te incipiã castissima: pudicissimaq; puella Margarita: nõ potes tuoꝝ parentũ nõ esse simillima. Siue. n. ante oculos tibi ponas nobilissimã & honestissimã matré tuã Magdalenã Leonatinã siue patré tuum clarissimũ & grauissimũ senatoré hũc Petꝝ cottã: tãto debes accédi probitatis desyderio: ut nisi ꝙ honestum sit & laudabile apud oés: intelliges tibi eé in uita ꝓpositũ. Nõ. n. es ignara: q̃to semꝑ tum uniuersaꝝ Cottaꝝ familia tũ ornatissimus pater tuus ĩ splédore sit hĩtus. Nã ut antiquiora breuitatis gr̃a cõticescã: nisi uir iudicatus semꝑ eét ꝓbatissimus pr̃ tuus nunq̃ p̃stantissimus dux Philippus tãti eũ fecisset q̃diu fuit ĩ uiuis: neq; illustrissimus hic atque optimus prĩceps nr̃ ordini senatorio ascripsisset. Quo fit ut oĩ tibi cura oĩ studio oĩ industria annittédũ sit: ut huius ætas q̃ ad seniũ iã ꝑuenit: ĩ tua ꝓbitate atq; laude conqescat. De te uero Iohannes Antoni simoneta nihil eé intelligo: qd' non q̃optime sibi q̃q; debeat polliceri. Es. n. tu oĩum primũ singulari q̃dã prudentia p̃ditus: q̃ fit: ut q̃ te seq oporteat ĩ mr̃imonii sc̃titate: & q̃ uitare: nescius eé nõ possis. Accedit auũculi huius tui uel pr̃is potius ĩtegerrimi atq; sũmi senatoris Angeli simonetæ auctoritas & ãplitudo cuius prudétissimis ĩstitutis: & uolũtati cũ sꝑ parueris: ac peas: hanc oém quã hés: tibi gloriã pepisti. Quid enĩ memoré hoc loco sapiétissimũ & eruditissimũ uiꝝ ducalé secretariũ cõsobrinũ tuũ Cicchũ: q ut affinitate tibi cõiũctissimus ẽ: ita maximũ ad iumétũ ad noĩs claritaté. His sane rõibus factũ ẽ: ut supiore tpe magnificus eq̃s auratus Oldradus lãpugnanus ille cuius nomé illustre ẽ unicã filiã quã hébat: tibi mr̃imõio copulauerit. His ét rõibus adductus uir spectatissimus Petrus cotta te sibi geneꝝ libenter accepit fisus is certæ tuæ ante acte uitæ: quã nouit oĩ ex pte ꝓbatissimã eé. Qua ꝑꝑ tibi opa dãda ẽ: ut tãtæ de te expectatiõi nõ mõ respõdeas: sed ét mirabiliter supes. Aspicis p̃terea nõ obscure: q̃tũ tibi munus ad gloriã ẽ additũ qd' humanissimus prĩceps nr̃ splédidissima sublimitatis suæ p̃sétia cũ tot illustribus iclytisq; prĩcipibus mr̃imoniũ hoc honorat futuꝝ is qdé sperãs: ut tales

Iohannes antonius

Margarita

Magdalena

Petrus cotta

Angelus

Cicchus

oldradus

e uobis coniugibus liberi ꝓdeant:quales. Angelum Petrumq; ẽ exptus quorũ erga se fidem atq; deuotionem tãtam ĩ rebus oĩbus eẽ cognouit: ut accedere nihil possit ad summũ. Sed ne lõgius nostra protrahať oĩo: iam deo duce atq; auctore ad transigendas nuptias propius accedatur.

Francisci philelphi oratio nuptialis habita in desponsione magnificæ puellæ Maruciæ & magnifici equitis aurati Raymundi attenduli.

q Vanti fieri oporteat bene conueniens matrimonium Magnifici atq; illustres uiri:uel ea ratiõe probari potest: quod que tria maximæ expetũtur in uita:honos: utilitas: uoluptas eiusmodi uinculo apprime continetur:Nam ut in societate humana nihil est adulterio turpius: ita cõiugii sanctitate honestius nihil. Quid:qď ex oĩbus sacramentis quibus bene atq; beate uiuiť:hoc unum duntaxat diuino est ore constitutũ & id quidẽ in primis illis parẽtibus:quibus præceptũ est ab oĩpptẽti deo: ut crescerẽt: ac multiplicarẽtur:terramq; replerẽt. In his sane oĩbus laudatur cælibatus:qui cõtẽpta omni carnis copula angeloꝝ sese quam hominũ similis maluerunt. Sed qui uitã ciuilem adamãt:nec sibi nec reip. recte cõsulũt: ubi a cũnubio abstineãt. Quẽadmodum enim uidemus natura fieri : ut quæcũq; uel aluntur uel sentiunt: ꝑducãt aliqd simile sui: id quod non in cæteris animantibus solũ intueri licet uerumetiã in stirpibus & hæ r bis:nõne is fuerit ob omni naturæ lege alienus: qui inter hoĩes manens non se hominem eẽ meminerit? non quærat ꝑ generis propagationem se ĩ terris quoq; reddere immortalem? Legimus apud maiores eam Lycurgi legẽ plurimum laudari solitam:qua is sanxisset eos ominis q nubere noluissent:tũ in Gymnicis ludis a spectaculo arceri : tũ etiã affici ignominia:qppe q eos priuatos uoluit eo honore atq; obseruantia:q̃ senioribus a iunioribus ꝑstareť. Idq; ob nullã aliã cãm:q̃ ut ꝓcreãdoꝝ liberorũ q̃diligẽtissimã haberẽt rationẽ. Quo ẽt factũ est:ut a nemine adolescens ille repræhẽdereť:q aduenięti Dercyllidæ ĩ Theatꝝ nõ modo nõ assurrexerit:ac subselliũ cesserit:sed adiecerit potius:Nã nec tu mihi o Dercyllida q cessurus esset genuisti:cũ Dercyllidas tamẽ & uir grauissimus foret:& res maximas suo ĩperio ꝑclarasq; gessisset : Sed qd aut lycurgi aut multo ante lycurgũ Mercurii ac Cecropis:qd dein Romuli de coniugio ĩstituta cõquirimus:q̃doquidẽ Christus opt. maximus q & idẽ filius dei eẽt & deus:tum ĩ matrimõio nasci uoluit:tum inuitatus: ad nuptias eas præsentia sua ornauit:ac iuuit? Quãta uero utilitas manat q̃ta uoluptas ex cõiugali cõiunctiõe:oẽs ĩ mr̃imonio sũt:facile intelligũt. Nã cõiugali amoř nihil ẽ ꝑfecto mitius nihil dulcius nihil suauius. Vtilitatis aũt oĩa plena sũt q̃ mr̃imõiali ꝑcimonia atq; diligẽtia administranť. Rectissime igiť utriq; uestꝝ ꝓspectũ iudico magnifica uirgo Iulia Marucia & magnifice Raimũde attẽdule:qď ꝑ spõsaliũ iuriũ sc̃timoniã atq; splẽdorẽ si

Deus oĩpotens

lycurgus

Dercyllidas

Mercurius

Cecrops

Xp̃s opt. maximꝰ

Iulia marucia

Raimundus attẽdulus

tis hodierno die mutuo caritatis uiculo coppulãdi:quo & uobis ipsis posterisq̃ uestris q̃ saluberrime & maxima uestra cũ laude cõsulatis. Nec.n. præterire uos debet tria eẽ nuptiaꝝ bona mutuã inter cõiuges fidẽ ꝓlis nõ solũ ꝓcreãdæ sed benignæ alẽdæ & ingenue atq̃ inocenter educãdæ studiũ in primisq̃ sacramentũ:quo impollutũ cõnubiũ & omni suspicione uacuum seruat̃:Ita enim uos faciẽtes & cælesti satisfacietis & mũdi gloriæ:Nam parentũ & maioꝝ uestroꝝ claritas nõ paꝝ incitare uos debet ad omne coniugii officium ac decus.Es tu sane Iulia nata splẽdidissimo equite aurato & rerum bellicarum laude celebrãdo Baldo Marucio illius Nicolai tholẽtinatis filio:cuius illustre nomẽ nullus unquam delebit interitus.Vnus enĩ Nicolaus ille tholẽtinas talis fuit tãtusq̃ belli dux ut princeps ille nobilissimus philippus Maria & patrem appellare eũ cõsueuerit:& eius fidei suam omnem dicionẽ administrandam commiserit.Hũc etiam Veneti:hũc Florẽtini:hũc Romana ecclesia suaꝝ: omniũ copiaꝝ imperatorum habuit:Nam de patruo tuo Iohãne tholẽtinati q & præsens est:& te nõ secus amat ac filiã:eo loquor uerecũdius:qđ suas de se laudes nõ libẽter audit quippe qui ut est omni i re modestissimus: malit haberi & esse laude dignus quã corã laudari. Sed illud satis est dilucidum argumentũ excellẽtissimæ suæ summæq̃ probitatis & sapientiæ:qđ ob multas & maximas res suas fortissime gestas magnanimus ille noster & inclytus dux Frãciscus sphortia & hunc sibi geneꝝ asciuit & magnis copiis præfecit:& in ordine senatorio locũ ornatissimum obtinere uoluit:& nõ secus ac filium & carum habuit & piucũdũ semper: dum fuit in uiuis:Quanti aũt hunc faciat:præstantissimus dux Galeacius:uidemus omnes. Num q̃squam minus eum admiretur:quem diuina sapientia tanti principis facit maximi? De te uero Raimunde attendule quid multa dicturus sim:qui natus patre Michaele fortissimo illo & laudatissimo belli duce quem uniuersa prope Italia ob præclaras suas frequentisque uictorias habuit in honore:te omni in re simillimum illi præstas: dignumque ostendis cognatione inuictissimi nostri principis. Quæ cum ita sint : aliud nihil restat: quã ut per uerba illa desponsionis solẽnia ad rem ipsam propius accedamus.

Tria nuptiarum bona
Iulia
Baldus marucius
Nicolaus tholentinas
Philippus dux
Veneti
Florẽtini
romana ecclesia
Iohãnes tholentinas
Frãciscus Sphortia dux
Galeacius dux
Michael
Italia

Francisci Philelphi oratio habita in connubio magnificæ puellæ Margaritæ arcimboldæ & magnifici equitis aurati Antonii cribelli.

c

Vm inter uæhementissimos ac maximos animi affectus tanta sit uis amoris Illustrissime princeps præstantissimi patres matresq̃ honestissimæ: ut etiam antiquissimus ille poeta Orpheus idemque theologus cum non dubitauerit non modo deum asserere:sed primũ quoq̃ deorum omnium post discretum atque digestum in sua membra chaos:quod nominant apparuisse in cælo:ob idq̃ phanetis appellationẽ meruisse ꝙ nihil

orpheus
Phanes

scilicet sine amore atq; concordia in uniuerso mundo constare firmius aūt diutius possit. quid dicemus de sacratissimo ipso amoris uinculo ac plane idissolubili: quo uiri atq; uxoris animi honestissimo quodā nexu inuicē uīciūtur? Quod si cōiugiū prius in cælo fit diuino iussu ac decreto quodā: quā celebret in terra: qs ambigat qcquid ab eo fit: id optimū eē oportere? At in primis parentibus matrimonium deus ipse oīpotens

Ihesus mirabili caritate īstituit. Ad hæc Ihesus clementissimus humani generis redēptor tum in cōiugio nasci dignatus est: tum īuitatus ad nuptias nō īuitus uenit: easq; sua p̄sentia nō solū honestauit sed etiā iuuit. Et q̄q̄ oīs amor delectare plurimū solet: is tamē qui ex bono cōiugali pcipitur ac manat: tantā & tam incredibilē uoluptatē præ se fert: ut nihil in uita possit esse iucūdius. Ad huiusmodi aūt amoris honestatē ac iucūditatem accedit magnitudo utilitatis: quæ quidē tria cum ī uniuersa uita expetuntur tum in amicitia maxime. Nam quam aliam amicitiam huic necessitudini caritatique coniugali anteponamus? Nō enim coniuges nō possunt rationem habere & augendæ & conseruādæ rei familiaris cum ob uniuersam domū tum ob liberos procreatos uel pcreandos: quoq; uitæ dignitatiq; consulere naturæ etiā ductu impellimur. Erat sane apud lacedæmonios iis: qui ad senectutem usque uitam cælibem duxissent perinde atq; proposita quædam ignominiæ nota: quippe qui nihil in posterum propagandæ reipublicæ consulere uiderentur. Quo factum est ut

Dercyllides generosi illius adolescentis dictum in Dercyllidan improbaretur a nomine. Nam nec tu mihi qui cessurus sit: genuisti. Nō enī assurrexit Dercyllidæ adolescēs: neq; honorem: quem mors erat a minoribus præstari grādioribus natu: ei exhibuit. Et quisnam dubitet eū: qui tam ut uiuat actiuā: infamiæ crimine uacare nō posse: ubi sine uxore uixerit: cū uel diuino præcepto crescere nos semp oportet: ac multiplicari: & quadā naturæ lege gignere nobis similes. Itaq; non absurde uestri uobis parentes ut

Margarita antonius sunt uiri graues & sapiētes: nec inutiliter pspexerunt: cū tibi Margarita arcimbolda pulcherrima: pudicissimaq; puella tum itē tibi generose adolecēs equesq; aurate Antoni cribelle: quos non mō nō aduersantes: sed q̄modissime obtēperātes uolūtatibus adhortatiōibusq; paternis hoc laudatissimo & optimo ad pcreādos liberos sacramēto inuicē uideā coniugari. Et enī reliqua oīa sacramēta humanæ sunt & inuētionis & instituti. Matrimoniū uero solus deus ipse cōstituit & in primis parētibus: qd' modo dicebatur: & ī delitiarum horto: qui a græcis paradisos

Paradisos dicit. Igitur nō ignorare uos oportet: q̄ sint tanti ac tam p̄clari muneris bona: quæ triplicia uiri sapiētissimi eē uoluerunt. Nā primum positū est in fide: alteq; in prole: tertiū in sacramento. Et sacramēto quidem cauet ne diuortiū fiat: sed omnia quæ ad regendum matrimonium suscipiendosq; liberos attinēt: sancte innocēterq; seruētur. Quod autem munus

ad ꝑlem spectat:illud esse uolũt:ut & pie suscipiẽ:& alaẽ benigne:& educeẽ religiose. Fides uero omnẽ fugat ĩ temperãtiã libidinis:quo uĩculi cõiugails tam ĩ uiro quã ĩ uxore sanctitas ꝑ mutua dilectiõe ꝑpetuo cõstet Et ne sim ꝑlixior quã & locus & tẽpus & ꝑsonarũ postulet dignitas: iis ĩ ꝑsentia prætermissis:quæ ꝑ rei magnitudĩe ꝑmulta dicenda essent:ego uos spectatissimi cõiuges moneẽ:hortari:rogare:obsecrare:obtestari nõ desinã:ut nihil uobis potius ducatis q̃ & dies & noctes habere ãte oculos deũ:ad quẽ unũ mẽtem omnẽ cogitatusq̃ uestros q̃ piẽtissime referatis: quo tanq̃ præsente atq̃ uidẽte omnia:nihil omnino neq̃ agatis neq̃ dicatis:neq̃ meditemini nisi castæ & cõtinẽter. Sic eĩm omnia erũt uobis optata: atq̃ felicia. Quod aũt secũdo loco uobis arbitror obseruandũ:adhibete diligentem operam:ut parentibus maioribusque uestris ornamẽto laudiq̃ sitis. Tu eĩm Margarita nata es Nicolao arcimboldo clarissimo iurisconsulto ac uiro discipliarum omnium laudatissimarum doctissime erudito cõsilerioq̃ ducali sapiẽtissimo & optimo. Matre autem ꝓbatissima ac nobili Vrsina canosa. Nam quid ego commemorem tot ac tantos uel paterni uel materni sanguinis nobilissimos magnificosque uiros:palauicinos:rubeos:folianos:torrellos:archensesq̃ comites : cum in hoc uno:Nicolao arcimboldo tanta sit uirtus:tantus splendor: ut cũ omni antiquitate possit de sapiẽtiæ & ĩtegritatis laude cõtẽdere? Tu autem Antoni ea cribellorum familia natus es:quæ diuum Guilielmum origine com item auctorem generi habẽs non mediolani solum illustris est: & præpotẽs:sed ĩ uniuersam Italiam nõ belli minus quam pacis artibus cognita:quorum ego singulorum eximias laudes si uelim singillatim ꝓsequi:nullam neq̃ temporis nec loci rationem sim habiturus. Vt enim silẽtio præteream & Vrbanum tertium summum ecclesiæ Romanæ põtificem & alios permultos uel episcopos uel belli duces:ad hæc & iurisconsultos & philosophos:quibus familia tua est iampridem splendidissimi celebritatem nominis omnium gẽtium testimonio assecuta:satis tibi ad optimarum actionum imitationem exemplo sint uel pater tuus uir magnificus Vgolinus comes:uel patrui ipsi duo cũ reuerendissimus pontifex nouariẽsis Iacobus philippus tum comes Antonius humanitate prudẽtiaq̃ insignis. Prætereo enim cõsulto affines reliquos atq̃ propinquos tuos:quorum numerus est prope ĩfinitus:ne iudicer q̃ par sit:ĩ dicẽdo curiosior. Tu uelim ad domestica exempla quibus d̄bes ad omne ꝓbitatis generis mirifice ĩflammari:utaris etiam illa qui semper soles : bonitate ĩgenii tui. Fac obsecro:ut quam de tua laude expectationẽ cõcitasti : hanc nõ minus in hoc fausto & benecõueniẽti coniugio:q̃ in cæteris uitæ partibus substineas atq̃ tuearis. Volat enim adolescẽtia alis ꝑnicibus & omnis ætatis flos breui momẽto languescit. Sola uirtus stabilis est possessio sola ĩcommutabilis:quæ tãetsi ĩ omni uitæ statu est utilis:ĩ matrimonio

Nicolaus arcĩboldus

Vrsina

Guilielmus comes

Vrbanus pontifex

Vgolĩus comes

Iacobus Philippus eṗs

Antõius comes

tum maxime necessaria.In hoc enim reipublicæ seminariũ constituitur:
quod nisi omni uitio uacauerit:nunq̃ ad bonam frugem sit peruenturũ
Sed de his satis.Iam ad ea ueniamus:quæ materno sermone paucis trã-
figenda sunt.Mediolani.vii.kalendas.Iulias.M.cccc.lviii.

ORATIONES DIVERSAE.

FRANCISCI PHILELPHI ORATIO AD PIVM SECVNdum Põti.maxi.habita Mãtuæ ĩ publico uniuersaliq; Cõsistorio ꝑ Duce Frã cisco Sphortia die martis quartodecimo kalẽdas octobres.M.cccc.lviiii.

Exordiũ — c — VM ESSEM PATER BEATISSIME Nomine Atq;
iussu humanissimi prĩcipis huius mei Frãcisci sphortiæ
Fr. sphortia dux — ĩclyti Mediolanẽsiũ ducis apud sanctitatẽ tuã in tãto hoc
& tam florẽti splẽdidissimoq; cœtu uerba facturus de re
bus maximis & clarissimis & cũ necessariis tum xp̃ianis
oĩbus nõ mediocriter cõducturis:nõ poterã equidẽ non
subuereri:ne idẽ mihi accideret:quod grauissimis ac summis & oratori
L. crassus — bus & philosophis usu aliquãdo uẽisse tradit᷑.Nã &.L.crassus cũ paternã
Qu. maximus — ulturus iniuriã apud.Qu.Maximũ foret aduersus Gn.carbonẽ causam
acturus:ne uerbũ quidẽ potuit emittere.Et Tyrtamus cognomẽto The-
Gn. carbo — ophrastus pauca admodum uerba apud Atheniensem populum dictu-
rus obmutuit. Demosthenes uero talis ille tantusque orator apud Phi
Tyrtamus theophrastus — lippum regẽ Alexãdri patrẽ orationẽ habiturus idem est passus. Nã qd
dixero de eloquentissimo uiro eruditissimoq; philosopho.M. Tullio Ci
cerõe?Nõ ne ĩ causa illa nobilissima Titi ãni milonis fortissimi uiri & op
Atheniẽses — time de se meriti ita expalluit:ita tremuit:ita defecit:ut ĩeptius nunq̃ ora
uerit?Hæc igit᷑ mecũ repetẽs pater beatissime animoq; uolutãs tum hu
Demosthenes — ius loci ornatissimi amplitudinẽ atq; maiestatẽ:tum ĩcredibilẽ tuã diui-
namq; sapiẽtiã merito optimoq; iure expauescebã:nequid ĩcipiẽti mihi:
Philippus rex — quod nollem accideret.Sed iam ne plane recreat : ac reficit mitissimi tui
istius uultus atq; animi facilitas singularisq; illa benignitas:quam nuper
Alexãder — in urbe Roma corã ipse de te expertus maiore cũ fiducia ad dicendũ ue-
M. Tull. cicero — nio. Vt ad rem ꝓpius accedã:hic optimus prĩcipes meus ut ẽ sanctitatis
tuæ:& sacri huius collegii cardinaliũ uniuersæq; Romãæ ecclesiæ obser
T. annius milo — uãtissimus:cum uideret:quanto cum studio & diligentia & labore ĩcum
beres ad uindicandam xp̃ianam rempublicam:ex atrocissima & teterri-
Roma — ma seruitute turcorum ĩ pristinam suam & libertatem & dignitatem:in
Narratio — dignũ profecto & iniquum a se factum iri existimasset:si abs te tantope-
re perhumaniterq; accersitus ad cõstitam diem minus ipe: quamprimũ
uenisset in pulcherrimum hũc perillustremq; cõuẽtum tot uenerabiliũ
patrum & dominorum & principum.Intelligebat enim ĩ tanto rerũ dis
Petrus apostolus — crimine quo tota religio nostra fluctuat:celeritate plurima opus esse: ne
dum præstolando consultandoq; serius tempus teritur: diui Petri naui

cula ante naufragio obruatur: quam tabernaculo fuerit rudétibusq; munita. Itaq; posthabitis omninoq; prætermissis cæteris negociis suis omnibus quæ circa noui prícipatus sui administrationé í tantis huius nr̃e tumescétis fluctuátisq; Italiæ ꝓcellis atque tépestatibus: neq; parua nec leuia esse possunt: ecce ut uides: nõ inuitus paruit salutiferis ad monitionibus & sanctissimis iussis tuis: qppe q ut est uir nõ minus studiosus religionis & pietatis quá & ígenti animo & cõsilio: animaduertebat te pontificé maximú & scissimú nõ sine causa í táto itineris labor̃ & ífirmitate corporis: & apostolico illo solio Mátuá cõcessisse: & uniuersos xpianæ fidei prícipes ac reges cõsultandi ferédæq; opis gr̃a ístáti necessitati litteris ac núciis cõuocasse. Ná qd magis decet xp̄ianú hominé quá nõ mõ pecunias atq; uires suas ꝓ illius nomine gloriaq; offerre sed etiá semetipsum si opus fuerit: deuouere: qui ut ipsi uita frueremur æterna: cum e domino seruus fieri tú crudelissime & ꝑ omne ignominiæ genus mori uoluit. Oh diuiná illam clæmentiam. Oh liberalitatem & munificentiam obstupédam. Tu pro nobis xp̄e optime maxime: quo illius origíalis delicti & perpetuæ culpæ reos íexpiabili facinore liberares pudendam acerbissimáq; morté nõ solú non recusasti: sed ultro etiam atq; perlibenter depoposcisti Nos auté ita simus ípudétes: ita ígrati: ita métis ac sensus inopes: ut facultates nostras atq; uitam ipam si sit opus: quam a te uno gratis accepimus: in tanta tui nominis iactura & contumelia tibi repetenti reddere dubitemus? Absit a regibus & principibus xp̄ianis tantú dedecus tantum opprobrium tantum nefas. Quid enim reliqui principes sint facturi pater beatissime: quoꝝ opes ac uires maiores formidabilioresq; sunt: quando unus hic Franciscus sphortia ne dilectissimis quidem & fratribus & filiis parcere decreuerit: modo possit aliquam opem salutemq; afferre huic salutifero pientissimoq; operi? Nouit certe princeps prudentissimus nos esse natos nõ nobis solis: sed bonis omnibus: sed toti fidei xp̄ianæ. sed immortali deo xp̄o Ihesu redemptori nostro cuius ínocenté & sanctissimam ciuitatem pati ludibrio esse diritati immanitatiq; turcorum turpissimum est & dedecorosum in primis. Eo enim omnis ídignitas ducenda est indignior: quo ab indignioribus infertur hominibus: si homines quidem potius quam afferate prorsus & truculentissimæ quædam bælluæ Turci sunt appellandi: cum nihil in se humanitatis habeát præter hominis figurá & eam sane ob flagiciosissimam turpitudinis foeditatem deprauatam ac nequam. Quis unus omnium turcos ignoret fugitiuos esse cytarum seruos eosq; pastores: qui ex ergastulis illius uasti & in hospitabilis montis Caucasi cum in persida ac Mediam latrocinatum descendissent: nullúq; certum incolerent domiciliú præter obsoleta lustra & horrétes syluarum latebras: primú Iustiniani temporibus ad hellespontum usque clandestinis insidiis impetum facientes: eodem

Mantua

Cõfirmatio & confutatio

Xp̄s Ihesus

Turci

Scythæ

Caucasus

Persis

Iustinianus imperator

Hellespontus

ductore & collatrone perditiſſimo Bocchano urbem oppulentiſſimam
Boſphorũ repẽtina ui captam diripuerũt. Deĩde ubi laxius ut homines
humiles abiectiq; negliguntᷓ:cõtemnũturq;:imperãte cõſtãtinopoli Ale
xio comneno tantũ rebus ſuis ĩcrementum fures obſcuriſſimi cõtinuis
latrociniis attulerũt:nam qd non cõſequatᷓ aſſiduitas? Vt iam auderẽt
apto etiã marte cum ĩperio illo oriẽtali de prĩcipatu cõtẽdere. Viu enim
fieri quottidie uidemus:ut quo qs humiliore ignobilioreq; natus generᷓ
fortunæ ĩpudẽtia uſus fuerit:eo ſe arrogantiorem inſolentiorem ſuper-
biorẽ præſtet. Et ne ſim ĩ re minime iucũda narrãdo ꝓlyxior:ubi turci ꝑ
Theodorum cãtacuzenum:qui Iohãnem palæologum ut pupillũ & ge-
nerum impius circũſcriptor patrito auitoq; regno fraudarat : ex aſiatica
Myſia in thraciam callipoli ad helleſpõtum tradita perĩde atq; ſocii ſunt
traducti:nũc ſocerum nũc generum Horcãe ductore fallẽtes: ut ſunt ad
omne improbitatis genus procliues atq; anhælantes:breui temporis cur
riculo magna ex parte thracia occupata:duce Amoratho Horcanis filio
in triballos:q nũc ſerui appellantᷓ:irruere:Quo in loco ubi magna utrin-
que cæde iam perpetrata Amorathus a Lazaro ſtrẽuo atq; fortiſſimo tri
ballorum duce:qui ſe pro patria immaculatam hoſtiam deuouen . cum
duodecim intrepidis commilitonibus in caſtra ipſa ĩtra crudeliſſimi ſce
leratiſſimique tyrãni tentorium impetum fecerat:multis uulneribus cõ
foſſus occiditᷓ. Huic ubi Baiſetes filius ſucceſſiſſet non re minus fulmen
quam nomine:id enim Baiſetes turcorum lingua ſignificat:non ſolum
theſſalia chriſtianis & Boetia eſt erepta:ſed ipſa etiam noua Roma Con
ſtantinopolis ita uallata & preſſa diuturna obſidione oppugnationibus
que continuis & tremendis:ut profligato iam ad Nicopolin Sigiſmũdo
rege hungariæ cum tanto & tam rebus omnibus ornatiſſimo exercitu
fortium uirorum ad trecentamillia poſt internicionem tãtæ Gallorum
nobilitatis poſt ludibripſam & barbaram ac ſpurciſſimam cõtumeliam
tot principum tot ducum poſt iam prope extinctum chriſtiãum & no-
men & cultum ni repẽte Chriſtus Iheſus qui ſe de inimicis ſuis cum ini
micis item ſuis ulciſci dignatus eſt. Thomyrin maſſagetam cognomẽto
taberlanum quoniam pede altero eſſet claudus:cum inumerabili firmiſ
ſimoq; miſſiſſet exercitu:ipſa inquam noua Roma conſtantinopolis ex
illo uſq; tempore & capta ui eſſet & uerſa ĩ prædam. At noluit tum deus
omnipotẽs tãtam paci ĩdignitatem:quin potius perſpicue omnibus gẽ-
tibus declarauit fruſtra eſſe humanos cogitatus omnis qui diuino care-
ant auxilio. Victus eſt igitᷓ & captus illico a Thomyride tamberlano ful-
mineus ille & horribilis Baiſetes nulla pugna nulla cõcuſſione haſtarũ
nulla enſium uibratione ſine ullo prorſus ſagittarum iactu : Nam ante
uniuerſus Baiſetæ exercitus fugæ turpiſſimæ terga dedit:quam deſcen
ſum eſſet in aciem. Oh mirabilem dei prouidentiam. Oh incomprenſi-

bocchãus
Boſphorus urbs
Conſtãtinopolis
Alexius cõnenus ĩperator
Theodorus catacuzenus
Iohannes ĩperator
Myſia aſiatica
Tracia
callipolis
Helleſpõtus
Horcães
Amorathus
Triballi ſerui
Lazarus
Baiſetes
Theſſalia
Bœtia
Conſtãtinopolis
nicopolis
Sigiſmũdus rex
Galli
Chriſtus Iheſus
Thomyris tamberlanus

bilem immenſamq; potentiam. Oh caritatem: qua nos complecteris: in
finitam. Et nos miſeri nondum reſpicimus? non reſpicimus? captus igi-
tur & nō multo poſt obtruncatus ꝑ multā cōtumeliā ille tam potēs tam
elatus tam formidabilis Baiſetes cum non nullos filios reliquiſſet: cæte-
ris demū deinceps omnibus ꝑ Sultanum fratrem ſtrāgulatis arquus ner
uo ex quo poſtea cyricis dictus ē: ſolus hic ſultāus cyricis ī tyrrānida ſuc
ceſſit nihilo quidē minus quā Baiſetes pater chriſtianis ꝑnicioſus. Nam
& Myſos qui citra Danubiū ſedēt: & ultra Danubium Balacchos & Mol
dauiā ſubiugauit: adiecitq;: quicquid mari ægeo Ionioq; adiacet præter
ſolam pellopōnenſum ad illiricos uſq;. Qui poſteaquā animā efflaſſet: ſe
cutus eſt Amorathus filius ob amorathū proauum ita nomīatus. Is om
nium primū poſt ſtrāgulatū Muſtapham fratrē urbē cōſtātinopolin per
magno & accerrimo munitus exercitu obſedit mēſibus tribus: oppugna
uitq; fortiſſime: quo tempore illic me cōtinebam diſciplinæ grææ cōſe
quendæ gratia: quam ubi nequiſſet expugnare: agro igni ferroq; uaſtato
abiit adortus Theſſalonicam ī macedonia: quæ turcoꝝ metu Venetis ſe
dediderat. Hāc poſteaquā dies tris cōtinuos oppugnat: tādem expugnat:
agitque ī prædā. Murum Iſthmi qui pellopōnenſum per cōtinētem ab
ægeo ad ionium pelagus tutabatur: cum cepiſſet per īcolarum proditio
nem: ſolo æquauit inde abacta ingēti præda. Qui ubi ſæpenumero pu
gnaſſet cum hungaris & id quidem infeliciter: demum ubi apud Barnā
cum iiſdem hungaris manū cōſeruiſſet: eſſetq; unius Iohānis Vaiuodæ
clariſſimi belli ducis calliditate ſummaq; uirtute ſuperatus atq; ingēti cū
cæde in fugam uerſus: factum eſt ſubito audacia atq; animoſitate regis
Vladiſlai: ut e uicto uictor euaſerit hungaris cūctis non tam fugatis quā
per ſubitam animorum cōſternationem ob ītolerabilem dolorē quem
ex interempto rege animo cōceperant: ultro fugiētibus. In qua quidem
chriſtianorum fuga illud uulnus uel maximum nomini chriſtiano infi-
xum: eſt: quod Iuliāum cæſarinum ſanctæ crucis cardinalem uirum ue-
ro dignum Romana eccleſia hungari fruſtra a fuga reuocantem crude-
liſſime trucidarūt. Amorathum autem hunc nō multis poſt annis maio
res calamitates ī chriſtiāum populum ærumnaſq; molliētem peroppor-
tunæ mors e medio ſuſtulit relicto Mahometo filio uno certe omniū q
ſunt: fuerūt: futuriq; ſunt: impuriſſimo adoleſcēte & omni immanitate
immaniore. De hoc autem tetro diroq; portēto de hoc īquam tam tru-
culēto tam ſcæuo tam horrēdo tam funeſto prodigio quid dicēdum qd
ſentiēdum quid tenēdum ſit: neſcio. Illud certe ſcio nemīem unquam al
terum ex omni hominum memeria extitiſſe: qui breui adeo tempore tā
ta trepidatiōe atq; terrore uniuerſum prope terrarū orbem affecerit. Et
ne id quidem mirum. Quas enim calamitates unus hic alter īpius & ab-
ominabilis mahometus tam paucis annis xp̄iano populo ītulit? Nobi-

Sultanus turcus
Cyricis
Myſi
Danubiū
Balacchi
Moldauia
Aegeum mare
Ionium mare
Pellopo nēſus
Illarici
Theſſalo nica
Macedo-nia
Veneti
Iſthmus
Hungari
Barna
Iohannis uaiuoda
Vladiſla us rex
Iulianus cæſarius cardīalis
Maho metus tyrannus

Noua roma Constāti nopolis

lissimum illud oriētalis imperii emporium Nouam Romam Constāti nopolin:heu misseram nostram īfelicemq̧ tempestatem: num latissimi illi altissimiq̧ muri crassissimæq̧ turres:quæ singulæ mūitissimas arces repræsentabant : cum uiderentur omni adamante solidiores: num ulla hominū aut īgenia aut uires tutari potuerunt quo minus a turcis captū & immiserabilē ac luctuosissimam prædā uersum omnibus gētibus sit

Pellopo nēsus

exemplo nihil esse nobis superbiēdum: Nōne paulopost Pelloponnesus eodē tacta fulmine periit: Quid enim Triballos quid Illiricorū qd Dal/

Triballi Illiryci dalmatia

matiæ reliquias cōmemorem:quos omnis assiduis īcursionibus & incē diis præmit:ac perdit idem nefarrium abominabileque monstrū: Vel quod triballos memini: Hos enim Mahometus iam omnis ægit ī erumno

Pānonii

sissimam seruitutem.Nūc ultimo exitio pannoniis imminet. Eoq̧ facili

Spēdorobus

orem spat de iis uictoriā: quod Spendorobū triballoꝝ emporiū expe/ ditum ꝑ danubiū transitum ī Hungaros præbet. Hungari uero ipsi etsi sunt tum animoꝝ ferocia:tum robore corporū pæritiaq̧ bellādi aduer/ sus turcos aptissimi:tamē quia ītestinis seditiōibus assidue inter se digla diant:sunt ad rem tātam tāq̧ necessariam imbeciliores. Quo fit:ut nisi ꝓpediem a ceteris xp̄ianis principibus eoꝝ imminēti:extremoq̧ pericu lo succurrat:indubitato sint pituri.Illius autē populosissimi regni belli/ cosissimiq̧ euersio:quod omē deus auertat: quātam sit cladē cūctis xp̄ia

Cōclusio pticularis

nis illatura:quis est tā rerū īscius:qui ignoret: Expergiscimini ergo: ex pergiscimini tādē principes & populi xp̄iani: ferte periclitātibus auxiliū ferte Christo Ihesu: ferte uobis ipsis:ferte filiis uxoribusq̧ uestris.Nolite pati per deum immortalem:nolite pati tātam pestem tātam perniciem aduersus xp̄ianam rempublicam diutius inualescere:incrudescere debac chari. An ignoratis fore:ut subiugatis hūgaris:qui nobis clipeo sunt & muro:continuo uobis sit de uestra & libertate & gloria saluteq̧ pugnan dum: Laudatur a uiris sapiētibus &.L.Brutus & Mālius Torquatus:

L.Brutus Manlius torq̄tus Curtius Decii tres

quod proprios filios uirgis cæsos securi percuti uisserint ducti illi quidē ut aiunt:alter disciplina rei militaris alter salute patriæ.Laudatur Curti/ us:quod se in profundissimum terræ Hyatum illum periturus præcipi tāt:quo metu mortis patriam solueret.Laudātur tres decii pater & filius ac nepos:quod in extremis reipublicæ periculis sese deinceps pro patria

M.attilius regulus

deuouerīt.Laudatur.M.Attilius regulus:qui ut fidem hosti seruaret ad acerbissimos corporis cruciatus ad dedecorosissimam contumeliam:ad indubitatam mortem redire nō dubitarit.Laudātur inquam:Laudātur

Phileni Codrus res

cum alii multi tum phileni & Codrus:qui honestam mortē turpi uitæ ingenti animo præferre pertulerint.At hos omnis qua ratiōe ductos ar bitremur: Alia nempe nulla:nisi ut umbratilem & inanem huius sæcu li gloriam uel mortui uiderentur assecuti. Nos autem qui ad huius ui/ tæ celebrem gloriam æternam quoque atq̧ cælestem gloriā simus asse

cuturi:cũctabimur diutius obuiam ire pulcherrimis gloriosissimisque triumphis. Iam tandem felicissima signa in barbaram turcorum illã & abiectã seruilemq̃ nationem tollenda sunt te auctore & duce atque uexillifero pontifex Maxime pientissime Pie secunde:qui christi uices in terris gerens omnia pro animi tui magnitudine & incomparabili sapiencia diuinaque uirtute cõstitues:geres:moderabere: perficies. Quis adeo sit a fide christiana alienus: quis ita abhorrens ab omni humanitate: qs tam suis rebus sibique aduersus: q in re tam pia tam necessaria tam laudabili tam utili beatitudini tuæ pareret subterfugiat. atque nolit uitam suam si sit opus:deo offerre:quo tanto dedecore amarissimoque flagello christiana respublica liberetur. Nam qd ad Franciscum sphortiã mediolanensium ducem prĩcipem meum attinet:hic eo consilio abs te accersitus eo animo huc uenit:ut omnia sit pro tua & sacrosanctæ romãæ ecclesiæ uolũtate:iussuq̃ facturus. Non modo enim & uniuersam tibi substantiam & exercitum suum omnem pollicetur ad hanc rem tantam:tã sanctam tam deo hominibusque acceptam sed fratres etiã ac filios: præsertim cum non ambigat cæteros quoque principes regesq̃ christianos idem singulos pro sua facultate facturos. Ac multo sane alacrius & libentius ipsemet p̃stãtissimus princeps meus:ut est inuicto & excelso aĩo religioniq̃ deditissimus & sctĩtatis tuæ obseruantissimus ĩ tã p̃clarã tãq̃ salutiferã expeditionẽ p̃ficisceretur:si p̃italicarũ rerũ cõditionẽ ei liceret.

Conclusio generalis

F. sphortia dux

Frãcisci philelphi ad uiros Papienses orõ cõgratulatoria de creatiõe Iacobi Borrhomæi Vitaliãi comitis.f.ad dignitatẽ & gradũ episcopalẽ.

n

ON POSSVM EQuidem Viri papienses & uos cæteri Patres amplissimi non uæhementissime uobis ecclesiæque uestræ gratulari: quod eum tandem pontificem estis adepti: cui ad decus & ad gloriam nihil est: quod deesse insigne queat. Videtis enim diuina benignitate eum uobis contigisse. Episcopum Iacobum istum Borrhomæum præsentem hic corãque astantem:quem esse magno splendore præditum:magna doctrina magna fide:magna religione non fama uaria: aut dubia. Sed longo usu: & multiplici experientia didiceritis. Quæ dum mecum ipse consydero:tum uobis gratulor:quibus cupio esse quamoptime:tum mihi gaudeo:cui secunde res uestræ omnes non letæ esse non debent: Nam pristina illa uestra maximaq̃ merita quibus hic iampridem docens & publice sum a uobis & priuatim ornatus: nullus unquam obliuionis ĩteritus e memoria mihi deleat. Quare cum noua hæc & peroptata præsentis põtificis creatio cõmunem mihi uobiscum uoluptatem afferat: quãtum hodierno die ab immortali deo nobis bonum oblatum sit:breui saltem oratiõe recensendum existimo. Cum papiensis põtificatus sedes annos complusculos iam uacaret:& ingens competiorum numerus ma

Exordiũ

Narratio

ximis opibus & ſtudiis ad tãte dignitatis faſtigium niteretur: idque per/
ſæpe fruſtra temptatum eſſet: quippe quod nõ humãi ſed diuini potius
fauoris opiſq; ĩdigeret: ꝓſpexit opportune Chiſtus optimus maximus
Chriſtus huic rerũ difficultati: qui nõ quod ipſi uolumus ſed quod nobis optimũ
op. Max. fore nouerit: multo ante deliberat. Itaq; eodem fere tempore & chriſtia
Philip/ niſſimus prĩceps noſter philippus Maria Anglus & ſũmus pontifex Eu/
pus Ma/ genius: qui Chriſtũ in terris gerit: uterq; ueluti diuino quodã afflati nu/
ria ãglus mine Iacobũ borrhomæũ reliquis omnibus reiectis ac repudiatis cõpe/
Eugẽius titoribus: nihil tale neque petẽtem nec cogitãtem eadem mẽte cõmũiq;
cõſenſu epiſcopatui papienſi præeſſe uoluerunt Quæ quidẽ res triplicia
Diuio tri mihi bona illa uidetur eſſe complexa: quæ ad bene beateque uiuẽdũ maxime
mẽbris xime expetunť: honeſtatẽ. utilitatẽ. iucũditatẽ. Harũ autẽ pulcherrima
Hone/ rum laudũ campũ quoniã nõ tam prolyxe diſſerere: quã attigere paucis
ſtas tempus iubet: & ſi cupiebam ita dicẽdo explicare: ut nõ modo fruges &
Vtilitas fructus omnis feracitati hubertatiq; reſpõderet: ſed nihil omnino relin/
Iucũditas querem aut deſertũ aut ĩcultũ: oratiõe metiar expedita magis & circun/
Cõfirma ſcripta quã ambienti & locupleti. Et ut eodẽ ꝓſequar ordine: quo pro/
tio .i. & poſui: quoniã honeſtũ id duciť: quod uirtute conſtat: quid honeſtius pa
cõfutatio piẽſi epiſcopatui qd pulchrius qd illuſtrius. cõtĩgere potuerit: quã quod
eum ſibi pontificem uidet oblatũ: cuius uirtutes & multæ ſint & ſingu/
lares ĩ primis? Cum enim ueluti duo quedam itinera quorum altero
ſe ituros altero peruenturos ad diuinam illam & incommutabilem bo
Scientia nitatem arbitrantur: mortalium animis ſint propoſita ſcientia atq; ſapi
Sapientia entia: ita in utroq; Iacobus borrhomæus uel ab ineunte uſq; ætate uerſa
Actio tus eſt & agendo & contemplando: ut ne grandioribus quidem natu ui
Contem ris eruditiſſimis & eiſdem religioſiſſimis unquam ceſſerit: Nam cum ſci
platio ret quibus præcepuis ĩ hac temporalis uitæ fragilitate exerceri ſe oppor
De ſcien/ teret: omnium primum ita ſemper temperantiam coluit: ut nullis cupi
tiæ ꝑtibꝰ ditatibus uictus: nullis uoluptatum illecebris labefactatus: id aſſiduis ſu
Tempe/ is laboribus laudatiſſimiſq; operibus effecerit: ut nihil ſibi facilius ſit ni/
rantia hil uſitatius nihil antiquius uita ſobria & pudica. Quod cum in omni
ætatis curſu tum in adoleſcentia difficillimum factu ſit: id magno nobis
argumento eſſe debet hunc diuino quodam munere facillime adeo po/
tuiſſe tam indomitas atque effrænatas corporis bælluas uĩclis iugoque
rationis obtemperantes ſibi & obſequẽtes reddere. In iis autem doman
Fortitu/ dis ſubiugãdiſque nõ fortitudinis minus quam temperãtiæ & modera
do tionis adminiculis uſus eſt: quibus nixus omnes blãdientium appetitio
num inſidias atq; irruptiones nõ modo conſtantiſſime ſuſtinuit: ſed etiã
acerrime fudit: ac ꝓſtrauit. Non. n. eſt inſcius probatiſſimus hic ponti/
fex eum qui peſtiferis animi perturbationibus liber non ſit: omni turpi
Iniuſticia tudini ſeruire. Nec ullum eſſe in iuſticiæ genus: cui alacri animo non oc

currat:non pareat :non se penitus dedat Quare omni ope atq; opera sẽ-
per studuit:ac studet:ut nihil agat:uec meditetur:nec cogitet quiquá qđ
a iusticia sit æquitateq; alienũ.Nec id iusticiæ munus ducit:ut lacessenti
cuiquam noceatur:quippe quod cum feris commune sit: quæ uix cuiq̃
nocent:nisi fuerint lacessitæ:Sed prohibere iniuriam:& prodesse omni
bus in media iusticia situm putat:Nam prudentiá quæ ꝓpter uarios ca Prudẽtia
sus inopinatosq; re℞ euentus uix senectuti oĩno conceditur ita callet:ac
tenet: ut nihil usquá in humanis actionibus accidere posse uideaẽ:quod
uel cõsultando uel gerendo aut incognitũ sibi aut minus prouisum fu-
tu℞ sit.Prudentiæ aũt omne & iusticiæ & fortitudinis tẽperantiæq; of-
ficium nõ ad aures popularis:sed ad dei gloriá semper refert.Humanos
enim fauores omnis ita admittendos arbitraẽ:quoad huic itineri.quod
aditum parat ad deũ:impedimento esse non possint:Nam has oẽs uirtu
tes quibus gentilitas gloriatur:nõ tam propter se censet expetẽdas : quá
quod sapientiæ:quæ sola perducit ĩ cæleste spectaculum:ueluti proscæ- Sapiẽtia
nia quædam sint:Itaq; maxime omnium pietatem colit.Quid enim di- Pietas
uino cultu agere potest aut melius aut pulchrius? Nam si id est bonorũ
omnium maximũ:ad quod reliqua bona omnia quæ ducuntur:referri
oporteat:deum ipsum duntaxat nostrá esse felicitatem siquis ignorat :
oẽm uim boni naturamq; ignoret.Felicitatem autem oẽs uolũt : quam
qui norint:perpauci sunt:Non enim in hisce terrenis sordibus ac cœno
hominis bonum collocatũ est:Id omne cælitus est petendum.Inferiora
hæc omnia & infirma sunt & instabilia & caduca.Quod uero & incom
mutabile est & summum & sempiternũ bonum:sola nobis sapiẽtia pol-
licetur:quæ ita re℞ cælestium ueritatem diligenter inquirit:atq; contẽ-
platur:ut non prius conquiescat:quam ad diuinum splendorem illum
usq; peruenerit.In huiusmodi inq̃ sapiẽtiæ lumine sese intuens Iacobus
borrhomeus liquido perspicit nihil esse humano generi præstabilius ni
hil magis optandũ q̃ omnes suas & actiones & cogitatus referre ad deũ
qui solus colendus sit & omni religionis & fidei sinceritate unice uene-
randus.Sed quoniá de honestatis parte locuti sumus: iá ad utilitatis ra-
tionẽ nostra tendat oratio.Nam q̃q̃ id solum est utile:quod sit honestũ: Cõfirma
cuiusmodi tamen alia quædam separatim utilitas ex hoc pontifice sit in tio.ii. &
papiẽsem episcopatũ & in uos itẽ uniuersos emanatura : breuiter cõple- confuta-
ctar.Latere uos id nõ puto:quod est etiá peregrinis luce ut ita dixerim: tio
clarius:consuesse plærosq; pontifices sup̃ioribus iápridem temporibus
papiensem ecclesiá permagnis detrimentis afficere:alios quoniam essent
inopes:alios quoniam expleri nõ possent:Quare cũ hi nollent pecuniis
abstineẽ:nequirent autem illi parcere:se utrique perniciosos ĩ rem eccle
siasticá præstiterunt.Nihil autem huiusmodi esse de p̃senti põtifice ue-
rendũ tum eius probatissimi mores docẽt:tum paternæ diuitiæ ac splẽ-

dór. Nam quopacto aiiena uel auferat uel surripiat: q ultro sua benefi/ cétissimeq̃ cõferre sit solitus? An estis obliti: quáta liberalitate semp̃ sit usus Iacobus borrhomæus:& cum apud uos ingenuis artibus studeret ãnos nõnullos:& cũ paucis ante mésibus hoc ip̃o ĩ loco põtifici iuris ĩsi/ gnibus q̃pulcherrime ornaret? Quis.n.oĩum dici q̃at:q ullo uel humaĩ/ tatis uel facilitatis uel benignitatis & munificétiæ genere cũ hoc uno sit cõferédus? Quod si & adolescés & abbas nihil sibi laudabilius eé césebat q̃ benefacere quá æq & boni nosse tueriq̃ rõnem qd núc iudicandú est d̃ uiro plane sapiéti religiosissimoq̃ episcopo? Atq huius pater uir magni

Vitalianus comes — ficus & illustris uitalianus comes iis facultatibus atq̃ opibus frætus é:ut magni putet ĩteresse ad decus & ad laudé suá:si oés semp̃ intelligát suos quosq̃ aliis nullis quá paternis & suis locupetatos esse diuitiis. Quod q/ dé cũ aliis p̃multis ĩ rebus tum in sacris téplis apparatuq̃ diuino quotti die ostédit nõ cõiecturis & arguméntis quod facere nõnulli solent q uide ri quá esse malunt liberales ac benefici: sed magnis muneribus magnisq̃ ĩpésis. An fortasse nescimus diui Barnabæ monasteriũ cui noster hic am plissimus põtifex in hác usq̃ dié sua maxima cum laude abbas p̃fuit:q̃ta

Diui barnabe monasteriũ — primũ inopia médicitateq̃ præmeretur? Nõ fundi oés predia oía ædes oés superiorũ abbatú uel auaricia uel negligétia fœnore rapinisq̃ pierát? Nõ hæc oía uidemus unius Vitaliani p̃grandi auro singulariq̃ ĩdustria nõ modo recupata restitutaq̃ monasterio sed ita amplificata & ĩ cumu lũ aucta:ut nunq̃ eius census aut maior fuerit: aut expeditior aut liberi/ or? Est.n.comes Vitalianus pro suo ingéti animo eodéq̃ regali non mi nus splédidissimis moribus p̃stantissimisq̃ uirtutibus quá fortunis or/ natissimis & maximis. Quare qcquid habet:tantú auté:habet:quantum alius in Italia unus nemo:id omne cũ bonis habet cõmuue: Ná quod in bonis & claros hoĩes beneficium cõfert:id non tam dare q̃ accipere exi / stimat. Itaq̃ mirari neminé decet: si in huius qdem unius hominis uita

Cõfirmatio.iii.& confutatio — tanta est apud diuum principem nostrũ auctoritas tantũ consiliũ táta fi/ des:ut non tam oret:q̃ exoret oía. Quæ certe res quanto etiam uobis oĩ/ bus usui sit futura:licet uel me reticéte cognoscere. Tertius locus erat iu/ cũditatis:quæ quáta esse debeat:nõ solum ex honestatis utilitatisq̃ rõne

Triplex aĩ bonũ — æstimari oportet:sed ex ipsa quoq̃ ui propria & natura iucũditatis. Tri/ plex esse bonũ in animo cõtemplationis actionis iucunditatis: quá eádé

Cõtéplatio — uoluptatis nomine appellant:& alii plures inclyti excellétissimiq̃ philo/ sophi & Aristoteles locupletissimus testis est. De sapientia & uirtute an/

Actio — tea p̃cutimus. De tertio auté bono nõ pluribus transigamus quá rei atq̃

Iucũditas — téporis ratio postulat. Permulti sunt:qui uoluptaté uitio dent: hi nomé

Aristoteles uoluptas — magis nescio quo pacto quam rem ipsam fallaciter expendentes: Sed uo luptaté quam ipse honestiore uerbo si qué forte uoluptatis nomé offen/ dat:iucunditatem nomino quippe quæ & mente & sensum iuuet:quam

ti fieri cõueniat:perspicue docet christiana etiã ueritas. Quod enim præmium nobis aliud est futuꝝ uigiliaꝝ laborumque nostroꝝ: quos plurimos & maximos ad sinceritatẽ fidei & dies obimus & noctes: quã perẽne quoddam & infinitũ gaudium: quo inuidenda coramq́ꝫ contemplanda ineffabili dei essentia & animo & corpore quãiucundissime perfruemur? Nam siquis eiusmodi uoluptatẽ statuat: quam Sardanapalus ille rex assyriorũ aut Smindyrides sybarites secutus dicitur: hic nõ multum differat a pecude. Sed nos eam uoluptatẽ ponimus: qua bene institutus animus & ĩ hac uita fruitur: & in illa perfruitur. Huiusmodi autẽ uoluptatẽ uos capturos uiri papienses ex præsentia & consuetudine huius uestri põtificis nõ sum nescius: Cum enim ꝑspexeritis humanissimi huius patris suauitatem: uitæ integritatem singularem modestiã moꝝ sanctimoniam lenitatẽ grauitatẽ insignem expressamq́ꝫ probitatem: qui uos plurimũ & monẽdo & hortando & docẽdo & consulando & subueniendo iuuet: nõ poteritis affici nõ mira iucũditate. Quæ cum ita sint recte uobis lætandũ sentio: q talẽ sacerdotẽ ecclesiæ uestræ præfectum esse uideatis: qualẽ post illa prima tẽpora diui Syri: in cuius hoc sacratissimo tẽplo hæc a nobis habetur oratio: alteꝝ nunq̃ ullũ habueritis. Habetis inquam eum episcopũ: q & scientia reꝝ temporaliũ nemini agendo concedat: & sapientia cultuq́ꝫ diuino: uiris etiam religiosissimis antecellat. Tantam uero sit uobis utilitatem iucũditatemq́ꝫ allaturus: quantum a plærisq́ꝫ superioribus pontificibus & detrimẽti fuerit & ægritudinis importatũ. Tu autem pater amplissime Iacobe pontifex ages oĩa geresq́ꝫ ꝓ ingenio & consuetudine tua hoc est igenue innocẽter moderate abstinẽter caste pudice continenter. Omnia ad religionẽ refert oĩa ad pietatem. Expectationẽ quam de tua præstanti insigniq́ꝫ uirtute apud oẽs mirabiliter cõcitasti: hãc para nõ modo ut sustineas atq́ꝫ tuearis: sed amplifices etiam: ac exupes. Respõde Eugenii de te iudicio respõde opinioni principes nostri: q te quoniã bonæ spei adolescẽs uidereris: decimonono ætatis anno abbatẽ esse uoluit: & hoc tẽpore nõdum natũ annos octo & uiginti: quia cũ ætate simul bonitate processeris: ad episcopalẽ dignitatẽ amplitudinẽq́ꝫ promouit: eo (ut mea fert opinio) animo ac mente: ut ad maiorem laudis atq́ꝫ honoris gradum auspiciis suis: ductuq́ꝫ ꝑuenias: si non te minorem gesseris episcopũ: quam fuisti abbas. Memineris q́ꝫ eo tibi maiorẽ necessitatem additã ad uirtutis & nominis claritudinem quo non infimo aliquo & humili genere natus es: sed Vitaliano patre: qui nõ modo maioꝝ in splendore sed multo etiam magis suis laudibus ac meritis: & illustrẽ se oĩbus & admirandũ reddiderit. Nam q̃q̃ Vitalianorũ familia nobilitatis & originis suæ Vitalianum regem Iustini regis filium & diuæ Iustinæ patrem qui ex Antenoris troiani posteritate fluxisse traditur: auctorẽ memorat: & nõnulli post hũc reges ad Attilæ usq́ꝫ hu-

Vnde iucunditas

Sardanapalus

Smindyrides

Peroratio

Syrus

Eugẽius

Vitaliani unde

Vitaliãus rex

Iustinus rex

Diua Iustina

Antenor

Attila

Totila
Gotthi
Patauiū
Venetia
Vitaliáus
Cicero
Philippo
borrhomæus
Episcopo
qd signi/ficet
Christus

morꝝ & Totilæ illius in xpianos flagelli gotthorūq; procellas Patauí Venetiæq; regni successioné gessere: deinde tamen ut res humanæ plæreq; oés labiles caducæq; sunt paulatim pclaꝝ illud & ppotés Vitalianorum nomé simul cū opibus & fortuna extenuatū in id calamitatis inciderat: ut nō lōge abesset ab íteritu. Itaq; diuiua quadá ope ímortaliq; beneficio Vitaliáus hic splédidissimus pater tuus q̃si sol qspiam Vitalianis oibus iam ppe obscuratis tempestiue illuxit: q nocté late oía occupanté suis radiis tolleret: ícubátibusq; tenebris altius fulgés serenitaté lucéq; inferret. Quare quod in suá laudé Cicero iactare aliquádo consueuit: maioribus se suis præluxisse: id de se Vitalianus iure profiteri meritoq; possit. Igif non mediocris tibi opera dáda est: ut qd' perpulchre facis & laute tui patris uiri optimi & hois magnifici dissimilis nō sis. Non enim minor ei í te uno spes reposita eé debet q̃ in fratre tuo uiro clarissimo Philippo ipo Borrhomæo paternæ gloriæ atq; uirtutis æmulo & repositá uidemus & constitutá. Voluta præter ea tecū animo: quantū munus susceperis: q & sis & nomineris Episcopus: Quoquidem nomine iccirco ab homero interdum hectora honoris gratia appellatū inuenimus: quod & rex eét: & speculator: & tutor: & altor. Rege igitur etima tu Christi hūc opimū & amplissimū gregé tuæ fidei & tutelæ cōmissum pro tua integritate & excellenti iusticia diligenter ac sedulo. Quid agendum obseruá dūq; sit: & dies tecū speculare & noctes. Bonos omnis quam studiosissime tuere: constantissimeq; defende. Qui se flagitii & facinoris quá probitatis maluerint pietatisq; participes: digna censūræ ultione compescendos cura. Hæc si pro tua singulari grauitate atq; uirtute feceris: nō modo pulcherrimo tuo nomini & muneri satisfacies: sed omnipotenti etiá deo te gratissimum reddes & cunctis hominibus acceptissimum.

M.ccccIvi. septimo kalen. octobres Papiæ.

Canzon morale di Francisco Philelpho a dio omnipotente in cōmendatione & raccommendatione dil Illu. principe Philippo Maria anglo a lintrata dil uescoue di pauia Iacobo Borrhomæo.

Signor che pur di nulla fatai il tuto
I ciel col sole ísieme e lauree stelle
Tra laltre cose belle
Che pducesti p tua grã e duono
sel mio iudicio. e. buono
Nō mi par la mior ne di mé fruto
Ch un tal lūe al mōdo habi pduto
Il q̃l si aduáza di uirtu e di honoꝛ
I principi e gli re e ciaschun sire
Per le sue opre mire:
Cōe fa il sole o mostra il so splédoꝛ
Tra li specchi piu chiari
Di lethereo pol: o son men rari
I lampeggianti lumi el grá fulgore
Questo e quel gran signore:
Che p mare e p t ra e il piu nomato
Chalcunaltro: che sia í uita pgiato
Quádo la terra sforzandosi uolle
Produr di se il glorioso parto
Premendo ciaschunarto

Acioche non nasciesse cosa molle
Ma dura e fiera e folle
Partori di giganti il grieue stuolo
Per dare affanno e duolo
Achi lhaueua brugiata e pria somersa.
Ma gioue per sentita la sciocheza
Ela uana baldeza
Di lorgogliosa terra:hebbe dispersa
In brieue spatio lira
Di gliabbattuti corpi:ī cui saggira
La diuina uendetta in lor riuersa.
Ben fu punita e persa
La terena audatia el una consiglio:
Che uolle īcōtra il ciel drizar so artiglio
Ma il cielo in cui mahgior saper se stende
Per sua gloria monstrar cō uero effeto
Quanthauea dentro al peto:
Tutto per humilta col uiso chino
Al summo amor diuino
Nulla occoltando scuoure:o piu facēde
Dimādādo merze:il perche prende.
Giusta licēza e gratia al parto occolto
Di darci quello triumphal monarcha
Il cui intellecto uarcha
Tutti li sensi humani:peroche tolto
Dal celo:oue piu alto
Labitacol diuin lempyreo smalto
Donque il sydereo globo in se racolto
Partori il nobil uolto
Di philippo Maria anglo possente
Pregio & honor di tutta humana gēte
Heroica statura in costui sorge
Celestial saper ingegno & arte
E come gioue e Marte
Sempre in piacere e tranquillio riposo
Estato glorioso
Se regge.e serba.e degna pena porge
A suoi nimici:qualumque saccorge
Hauer cuor di gigante a se rubello:
Cosi a tutto prouide il mio sir giusto
E comel buono augusto
Igiusti exalta e deprieme ognum fello
E sol per pace hauere
Sostene ogni fatigha al suo potere:
Amando il seruo come car fratello.
Qual Cleobis qual Tello
Non.e. remunerato di suoi affanni:
Sien di costui infiniti igiorni e glianni.
Alegrar donque o popolo pauese
Col cor iucundo.e.cō la uista lieta
Te puoi: quando tal pieta
Vedi il tuo sire il tuo padre benegno
Hauer di te:che degno
Tha giudicato in cui lui sia cortese
Vedere ben puoi:sel duca milanese
Ama la tua quiete il ben.la pace:
Quando di tal pastor tha honorato
Il cui ingegno.e.ornato
Di doctrina e uirtu e fede uerace.
Figliol dil suo bon seruo
Conte Vitalian:cogni suo neruo
Metter per gli suoi amici mai li spiace
Qual donque.e.quel che tace:
Che meco īsieme al sōmo dio nō facia
Per costui preghi con le stese braccia?
Omnipotente dio
Che tutto uedi.e regi.e ben gouerni:
Per gli tuoi imperii eterni
Con humilta te supplicamo tutti
Che serui.e.guardi il nostro signor pio
O dolce signor mio
Per quegli amari e saporiti frutti
Morendo e risorgendo
Riceuoti da te uero missia
Sol per ristuor di nostra colpa hauēdo
Pieta di noi che essendo:
Il delitto impunito
Ciaschunera nel suo ben far perito
Degnati il tuo Philippo Anglo Maria
Guardarlo dogni inciampo e sorte ria:

Eodem anno & die & loco.

Francisci Philelphi oratio de laudibus Lazari scarãpi epi ad cõmẽses.

Lazarus scarãpus

I Nstituenti mihi uiri cõmenses uerba apud uos facere cum de episcopali dignitate tum de ipo uestro episcopo Lazaro scarãpo: quẽ præsentẽ hic corãq uidetis: haud equidẽ faci-le dixerim: uter maior dicendi labor de dignitate ne an de homine sit oblatus. Vtraq sane res tanta est & tã nobilis tã magnifica tam excellens: ut uix ulla ingenii ui: ulla orationis copia uide atur esse cõtenta. Scimus enim ut hic primũ aggrediar: ab heroicis usq temporibus eodem episcopum esse nomine regẽq appellatũ: id quod apud Homerum de hectore licet animaduerti. Et ne id quidem absur dum. Quid eĩm aliud Episcopus significat apud græcos: quam inspecto rem: speculatorẽ: custodẽ: consultorẽq: & ultorẽ: ac ppositi cõpotẽ: Rex enim omnia diligẽter inspicit: omnia puidet: quæ ad tutandũ regnum & amplificandũ attinent: suis præmiis bonos psequẽs: ac dignis animad uersionibus malos afficiens. Et quoniã nihil agit in cõsulto: nihil impru denter: quicquid pposuit efficit. Hec eadem certe mẽs idẽ animus epo ĩ ecclesiã esse debet: & eo studiosior atq propensior: quo humãe res cũcte: ne cum minima quidem alicuius diuinæ rei particula cõferri possunt. Enumero qs fidelis atq doctus christianus minus nouit a christo opti mo maximo esse episcopos quasi reges suis ecclesiis ĩstitutos. Ipse enim cum adhuc esset in terris manum apostolis suis imponẽs eos ordinauit episcopos: iussitq ut irent in mundũ uniuersum: & omni creaturæ euã-gelium prædicarent ac dicerent regnum cæleste appropiquasse. Ad hæc ut curarẽt: sanarentq infirmos: mortuos suscitarent: ut mũdarent lepro sos: dæmones eiicerent: permultaq alia in suo nomine facerent: quæ na turæ diuinæ sunt: nõ humanæ: Ihesus inquã saluator noster huiusmodi psules ĩstituit: id qd' apostolus Paulus spiritui sancto ascribẽs ait. Attẽdi te uobis & uniuerso gregi: ĩ quẽ uos spiritus scũs posuit episcopos rege-re ecclesiã Ihesu xpi. Atq taliũ sacerdotũ tanta est amplitudo & ita subli mis gradus: ut eos angelorum nomine in Appocalipsi appellatos inuenia-mus. Accipimus enim episcopũ munus a primis inde tpibus illud ĩ ca-tholicis ecclesiis extitisse: ut populos docerẽt: ipsiq ea annũciarent: q ad gloriã ptinẽt sempiternã. Quare cũ in appocalipsi iubent angeli pœnitẽ tiã agere: nõ de iis sermo ẽ angelis: q & ĩcorporei sunt: & quorum alteri ob efferatã ingratitudinẽ peruicacẽq supbiam æternis suppliciis sunt addi-cti: alteri humiles & accepti memores beneficii lõge absunt a terrena cõ tagiõe: sed de hoibus potius: q quãdiu ĩ uita sunt: obnoxii sunt peccato. Nec enim epi q humani quidam sunt angeli: quoniam diuina præcepta ac redẽptoris nostri Christi Ihesu uoluntatẽ nunciãt: sine peccato eẽ ullo pacto possunt. Atqui pontifex ipse quem præcipui honoris cã summũ uulgo appellamus: aliud quicq nihil habet egregium: quam qd' episcopi

Eps & rex

Hõerus

Hector

Eps qd Græci

Euange-lium

paulus a-postolus

Angeli appocali psis

est proprium. Quis enim est alius summus pontifex quam ecclesiæ Romanæ episcopus? Et singularum quidem urbiũ episcopi dici pontifices & possunt & consuerunt: qui q̃q̃ in suis ecclesiis sunt maximi ac summi: eo tamen minus dicuntur: ut quem cæteris pontificibus lex præesse uoluit: is honorificétiore epitheto ornaretur. Sed quoniam paucis ostendimus eundé esse in ecclesia dei episcopũ: quem & regé & angelũ uocamus reliquũ est: ut de hoc ipso Lazaro scarampo: qui felici quodam diuinoq; auspicio episcopus uobis contingit: non quæ dici laudando possent: sed quæ non dici iniustum sit: breui oratione pstringamus. Vidi plerunque nõnullos qui cum maxime student aliqué laudare: eas potissimũ laudes cõquirunt & consectantur: quæ alieni sunt iuris: nec præstari a nobis possunt. Nam patria & parétes: quæq; alia uel fortunæ uel corporis siue bona siue commoda sint dicenda quancunq; merentur laudem: propterea scilicet mærentur: quod iis moderate prudenterque utamur: quamdiu adsunt. Fragilia enim & caduca sunt: nec ĩ nostra potestate posita. Aliud profecto nihil præter uirtutem & rationé afferre possumus: quo de certi qcquam habeamus magnũq; polliceri. Bona animi nostra sunt: quæ fortunæ omni cõtempto impetu nullam uim morbi nullá tépoꝶ mutabilitatem nullum incommodorum turbinem contremiscunt. Itaq; uera omnis ac perfecta laus posita est: & collocata in sola animi præstantia.

Quid enim memorem Lazarum episcopum esse nationem ligurem: familia uero scarampum. At Ligures in Italia quales sint: qualesq; semper fuerint: nemo sane rerum paulo peritior ignorat. Nam ut tempori obsequens silentio prætereá: quæ præclara quáq; permulta facinora tépestate nostra ligures sæpe gesserint: & nũc etiá gerant: tradũt nobiles nõnulli reꝶ scriptores tum latini tum græci aborigines extitisse: q maiore ex parte imperitarét Italiæ: cum in eá Troiani primum uenissent ænea duce. Aborigines uero alios nullos esse quá ligures: ita noiatos: qđ mõtani sint populi. Horos enim græce mõtem significat. Ná liguria prope tota mõtuosa est & ardua ob idq; genus hominũ acre atq; bellicosum. Inter ligures aũt scarápi pceres semp habiti sunt illustres: & id quidé in omni laudis ac probitatis genere. Quot iurecõsulti: quot in omni doctría magnitudine eruditissimi & eloquétissimi uiri: quot equites aurati & scarãpoꝶ familia prodiere? Quid enim repetá in præsentia priscũ illum & inclytum auctorem huius generis ac nominis scarampũ: qui ex Aragonũ regia in Italiam profectus post res splendidissime gestas in liguria consedit: cum floruerit semper scaramporum domus & fortissimis belli ducibus: & religiosissimis plærisq; atq; amplissimis nobilissimarum urbium pontificibus. Itaq; mirandũ non est: si scarampis proceribus cũ præstantissimis prope omnibus primariisque familiis non ligurum & insubriũ modo: sed totius huius galliæ cisalpinæ affinitas ac summa necessitudo

Ligures

Aborigenes

Italia

Troiani

Aeneas

Italia

Ligures cõtracta est. Omitto reliquas cliẽtelas amicitias uires facultates: qbus Sca
Insubres rampi proceres plurimum pollent. Prætereo cõsulto ĩ mediũ afferre uel
Gallia cis Antoniũ huius auum: uel Rainaldum patrem: quorũ uirtus & domi &
alpina foris tãta ẽ habita & tã celebris: ut eorum nomẽ nulla sit antiqtas deletura:
antonius Satis enim hic unus Lazarus episcopus superq3 est: qui omnẽ de se laudẽ
Rainal- queat profiteri. Non is ꝓfecto est Lazarus: qui suũ iactet clarissimum
dus genus: qui aliena laudet: cum semp studuerit nõ aliuũde sed ex sese ipso
Lazarus potius deoq3 pẽdere. Nã quid de hoc tã sancto & sapiẽti præsule uestro
Viri cõmẽses primum ducamus laudãdũ Nã eximiã formę bonitatem?
Quæ tanti fieri in principibus consueuit: ut nõ dubitauerit tragicus ille
Priamus de Priamo loquens ita affirmare. Priami quidem speties meretur imperium. Quod si materia sequitur formã natura: quis ambigat animi præstantiæ debere corporis excellentiã omnẽ respondere? At fit sæpe malo hominum more: ut naturæ probitas deprauet̃. Eo igitur maiore admiratione dignus est Antisthes hic uester: quod omnia fit semp natura duce pro animi ratione nõ minus feliciter cõsecutus: quã diligentissime secutus. Omnem inquã corporis dignitatẽ omne robur: omnẽ ualitudinẽ cum animi sanitate: & ui: atq3 pulchritudine cõformauit. Quare cum intelligeret ad tantã naturæ bonitatem accedere opportere bonam quandam præstantẽq3 doctrinam: hanc tanto studio: tanta industria: tanta diligentia est amplexus: ut non diuina poetica: non regina humanarum rerum
Theolo- oratoria: non optimarũ omnium artium procreatrice philosophia con-
gia tentus sese penitus sacrorum librorum lectioni Theologiæq3 dediderit.
Iusticia quibus in rebus tantum ualet: ut omnium opinionem superarit. Nec si-
Pietas bi aliud quicquam boni proposuit unquam in uniuersa uita: q̃ qđ ipsa
Gentiles ueritas quæ solus est deus: desinierit. Nam per huiusmodi sapientiæ ge-
philoso- nus se facile assecuturum existimabat quod uerum & incommutabile
phi atque sempiternum foret. Quid enim uerecundos eius memorem con
Sapiẽtes tinentissimosque mores: cum nulla sit omnino uirtutis pars: cuius assi-
Stoici dua consuetudine priuatum se uoluerit? Præ cæteris autem iusticiã at-
academi que pietatem præcipua quadam cura & ueneratione prosequitur. So-
ci lebant prisci illi gentilesque philosophi qui dicuntur: uirtutem sequi
Peripate non tam uirtutis gratia: quam ut inanem hominum gloriam uenaren-
tici tur. Itaque studebant: quod est simulationis propriũ: magis uideri bo-
Socratici ni quam esse. Omnes eorum uigilię atque peregrinationes qui septem
Pithago- existimati sunt sapientes in græcia: referebãtur ad humanæ gloriæ nebu
ras lam. Idem stoici: idem Achademici: & peripatetici: reliquique socratici
empedo faciebant. Quæ nam mens uel pythagoræ samio: uel agrigentino Em-
cles pedocli fuerit: tum illius auratum femur: tum huius inhiatum æthnæ
Aetna præcipitatio dilucide declarat. Nam Romani quod aut pro patria se de-
Romani uouerint: aut filios interemerint: aut tot tantosque labores exãclarint

uel acerbissimos cruciatus mortesque pertulerint: quid aliud quam nominis immortalitatem apud homines affectabant? Non enim ullam ii sibi omnes: si recte uelimus iudicare: certam uirtutem expressamque pro põebát: sed adumbratam quandá ac fucatá uirtutis imaginem. Nam uera & indubitata uirtus suis nixa hærcusque radicibus nihil habet supra se maius nihil præclarius nihil praeciosius: quod aut bonum aut expetendum censeri oporteat. Quo fit: ut solus deus ea sit: atque sola uirtus: a qua tanquã abundátissimo & peremni atque inexausto totius uirtutis fonte nostri omnes & cogitatus & actiones debent emanare eoq; referri. Nec enim in terris ulla est hominis gloria præter eam: quæ cum cælesti gloria sit cõiuncta. Quare cum Lazarus scarampus ab usq; puero i eo se uirtutis genere accurate ac summo cú studio exercuisset: quod i agédo uersat: mox ieúte adolescétia ad ueritatis perspicientiam animú cõuertit. Intelligebat enim generosius adolescens iferiora hæc omnia & mutabilia esse & obnoxia iteritui. Sola ea quæ i cælo diuiaq; sunt: nulli casui subiecta esse: pláeq; sempiterna. Itaq; ab assidua exercitatiõe sciétiæ ad sapiétiæ studiú sese cõ erés: tátú ea i re breui tépore pfecit: ut cú maxima sui nomis claritudie iuris põtificii ornaret isignibus. Et quoniá nosset nõ Idcirco dicédú esse ut q̃ pulcherrima optimaq; sunt: sciamus dútaxat: sed multo etiá magis: ut secundú ea: quæ didicimus: opemur: qcqd egregii & cõspicuit tot laboribus & lucubratiõibus suis p disciplinã fuerat assecutus: id ita usu quottidiáo sibi fecit familiare: ut omnibus ambiguú reddiderit: utra præstátior iudicádus esset actiõis ne laude an contéplatiõis. Vtraq; certe uæheméter excellit: adeo ut nemini cõtédédi secú i hac omni gallia spem reliquerit táta est eius dicédi facúdia: táta legú & sacrorũ canonú memoria: táta rerú uariarũ & laudatissimarum in differendo subtilitas. Mirari ergo neminem decet: si i tot ac tátis & externis & suis bonis Lazarus Scarampus est a summo pontifice Pio cæteris omnibus i electiõe comésis episcopatus sine ulla controuersia platus: q & multi & grauissimi uiri nõ mediocri iter se cõtentiõe ad id splédidissimi muneris ferebátur. Nõ enim erat ignarus pater sapiétissimus neminé oportere aliis præesse i ecclesia dei: qui sit ullo genere laudis iis iferior: quibus præest. Accedebat ad rem quod nõ sine causa táti húc fieri intelligebat: a præstátissimo prícipe nostro Frácisco sphortia: cuius áimi magnitudo: cuius splédor igenii: cuius táta est uirtus: ut omni pœne antiquitati uideatur anteponédus. Quid enim humanissimus priceps noster húc minus diligat: minus amet: quem norit nõ modo esse obsernátissimum sui rerumque suarú sed plane talé: qué omnis honos & omnis dignitatis gradus debeat cupere atque exoptare? Quamobré ut & prícipi nostro quá optime de se merito gratificaret pater beatissimus: & ecclesiæ uestræ uiri Comé ses cõsuleret saluberrime: húc uobis Lazarum delegit episcopú:

Virtus

Lazarus scarápus

Pius põt.

Fr. sphortia

Coméses Lazarus eps

qui & uobis anunciaret:quæ dei sunt:& eam doctriam traderet:quæ ad uestræ salutis atquæ cælestis gloriæ rationem attinet. Vestrum igitur munus erit:ut hũc cum omni fide ac pietate audiatis:& eius ĩtegerrimis paternisque ĩstitutis diligentissime obtẽperetis:si cupitis uobis atque uestris omnibus bene & ꝑbeate cõsultũ iri.Habetis enim præsulem eruditũ.eloquẽtem.sobriũ.pudicũ.facilem.benignũ.affabilẽ omni præditum humãitatis officio.omni bonitate ĩsignẽ:cuius admõitiõibus parere honorificũ est. Tu autẽ pater amplissime etsi minime uereor fore:ut omnia regas atq; administres moderate & sapiẽter:tamen ꝓ mea erga te obseruãtia nõ desinã dignationẽ tuã monere:hortari:obsecrare: ut cogites etiã atq; etiã:quãtam simul cũ hoc ĩpo augusto episcopatus fastigio molem subis:cũ sit episcopus nõ minus opis atq; honeris q̃ honoris nomẽ.

Rex — Quid enim aliud ĩ ecclesia est episcopus quã rex ĩ Christo Ihesu? Exerce

Tyrãnus — igiť officiũ regiũ.Quid eĩm ĩter regem adq; tyrãnũ ĩterest? Illud nempe

Aristoteles — secũdũ Aristotelẽ:quod tyrãnus:ut est comũis quidẽ bonis omnibus: teterimusq; hostis:omnia refert ad utilitatẽ cõmodumq; suũ.At rex quasi animus reipubli.quoniã omnia sibi cũ ciuitate ducit esse communia:nihil sibi priuatim quærit:nihil uult:nihil admittit:quod idem cũctis ciuibus non sit ueluti proprium.Ita etiam tibi faciundum cẽseo. Cura quæ sunt ecclesiæ. Huic uni ĩtude.Huic inuigila.ad huius emolumentum & dignitatem cogitatus tui omnes referendi sunt. Ita enim præesse debes

Deus — ut prosis:quibus te præesse uoluit deus.Pasce oues meas:præcepit dominus.Quod uni Christus iussit episcopo :id esse & tibi & episcopus cæteris iussum existimato.Qui eĩm rex ĩ ecclesia & ãgelus diceris: gere etiam te pastorem.Neq; id tibi turpe ducẽdum est:cum nobilissimus poeta homerus appellet etiam Agomemnona sæpenumero pastorem populoꝝ. Vt enim pastor ouibus suis a lupo metuẽs ex aliqua specula oculis attentissimis lustrat circunquaq; omnia:nequid detrimenti per ĩsidiatorem suum importetur:ita etiam tibi acerrimo ingenio iteꝝ atq; iteꝝ speculãdum est:ne frustra sis nomĩatus speculator hoc est Episcopus. Nam qđ

Ihesus — sit diligentis pastoris officium Ihesus ipse docet ĩ Euaugelio: cũ ait se esse pastorem bonum & non mercenarium:qui cum pastor non sit is: cuius sunt oues ꝓpriæ:cum primum uiderit lupum ueniẽtem : illas demittit ac fugit.Lupo relictis ouibus rapiendis dispgendisq;.At pastorem bonũ cuius sunt oues:facere secus omnia. Nam quia nouit eas sua interesse: ne animam quidem suam pro illis ponere uereri. Inspice igiť quam accuratissime omnia:quæcũq; sint ecclesiæ commensi conductura : nullũ detractans laborem:nullũue uitæ quidem periculum reformidãs.Nam

Ambrosius — sicut nihil est ut inquit Ambrosius:Episcopo excellẽtius:sic nihil miserabilius:si oues sibi commissas neglexerit. Pasce igiť oues Christi .Eaꝝ saluti prospice:quibus custos quibus speculator es datus. Quod si tu illa

omnipotẽtis dei:quam sub prophetæ Ezechielis ꝑsona episcopo ipsi qd obseruãdum sit:præcipiunt:uerba quæque consyderaueris: nunquã errabis. Speculatoré ĩquit dedi te domui Israel. Audiens ergo sermoné ex ore meo annũciabis eis ex me. Si autem uideris gladiũ uenĩẽtem: & tu nõ annũciaueris:ut reuertatur impius & a uia sua:ipse quidé in iniquitate sua morietur:sanguinem uero eius de manibus tuis requiram. Si autẽ annũciaueris:& ille nõ fuerit reuersus:morietur ipse quidem ĩ iniquitate sua. Sed tu animam tuam liberasti. Satis enim tuo officio pater integerrime fungaris:si populo Commensi ac reliquæ tuæ ecclesiæ:quæ iussit dominus ꝓ singulari tua eruditiõe anunciaueris:si quæcũq; ad animaꝝ saluté pertinẽt:grauiter eloquẽterq; docueris:si operã quantũ ĩ te fuerit: dederis:ne relicto calle cælestis patriæ ĩ miseriã deruãt sempiternã. Ad quæ quidem omnia quoniã liquido ac ꝑspicue animaduerto tua te spõte mirifice incitatum:nihil est:quod oratione sim longior. Noui enim innocentiam tuam. Noui sanctimoniam uitæ. Noui magnitudiné & altitudinem animi. Noui prudentiam & consilium. Noui iusticiam. Noui pietaté. Nunc exprome:quæso:recõditos thesauros tuos iustos non pecuniarum:quibus unus omnium liberalissimus es: sed sapientiæ cæterarumq; uirtutum: quibus es omnibus admirãdus. Scis eum fidei: & religioni tuæ populum esse prouidentia diuina commissum:quo uix alius in uniuersa Gallia cisalpina est nobilior:utpote quod ab eadé olim Gallorum gente Cõmum est cõditum:a qua & Mediolanum & Bergomũ & Brixiam Veronamq; & Tridentum aliasq; nõnullas urbis clarissimas ac maximas prisci rerum gestaꝝ scriptores conditas tradidere.

Ezechielis
Israel
Domius
Cõmum
Mediolanum
Bergomum
Brixia
Verona
Tridentũ

Quæ quidem oratio habita est ab eodem Francisco philelpho Cõmi in ecclesia Cathedrali. *xvi.* kalendas decembres anno a Natali Christião millesimo quadringentesimo sexagesimo.

Francisci philelphi oratio pro Theodoro plato Iureconsulto.

[f]Verat profecto æquum & ab omnibus mea sententia plane concedendum Illustrissimi principes & uos reliqui patres grauissimi: ut qui in dicendi acie miles haberi possem non modo ueteranus:sed iam omnino emeritus huiusmodi omni oratorio munere uacarem in tanta præsertim doctissimorum & eloquentissimorum hominum repub. Est enim hoc officium iuuentutis:& robustioris cuiusdam feruentiorisque ætatis. Non ingenio dumtaxat ad orandum non eruditione: non exercitatione est opus: sed facili quadam atque expedita linguæ mobilitate:& in celeritate uerborum uoce tum clara & sublimi tum sonora & piucũda. Quaꝛ si qua mihi ad dicendum adiumenta: uel natura uel disciplina uel industria attulisset:quæ tamen corporis sunt non animi:hæc in homine secũdum & sexagesimum annum iam nato non esse eadem quæ in iuuenæ

fuerunt:& ipse intelligo:& alium fugere puto neminem. Itaq; si de laudi

Theodorus platus

bus huius præstátis & pdocti adolescétis. Theodori plati cum pauca breui oratiõe pstríxero minus fortassis aliqua ex parte satis faciá expectatiõi de me uestræ: erit mãsuetudinis uestræ: atque sapiétiæ: id quicquid deterius fuerit nõ tam negligétiæ a qua semp omniũ maxime unus aborrui q̃ ætati ipsi ascribere. Namque hoc omne qcquid est oneris potius quá honoris nõ tam adiui q̃ admisi: quippe q neque Theodoro ipsi deesse poterá: quo tépore uirtutis studiiq; sui pulcherrimis donaret insignibus: q esset a me átea istitutus oratoriis socraticisque ornatus neq; huius patri

Georgius platus

clarissimo & sapientissimo iuriscũsulto Georgio plato de me psæpe quá optime merito i táta eius læticia obsequi nõ debebá. Sed quonia hæc omnis laudatio a legũ ac Iuris & ciuilis & põtificii sapiétia proficiscit pauca

De legũ iuétore

primũ de initiis pgressuq; huius rei i mediũ referá. Qui primus leges iter mortales iuenerit istitueritq; iudicia non eadé omniũ est opinio. Hebrei hũc Mosen fuisset uolũt. Atheniéses Cecropa. Argiui Phoroneũ: a cuius nomine forũ nõ minus cõmode acceptũ reor q̃ ob eam rem ita nominatũ qđ eo lites cõtrouersiæq; ferátur. Cretenses Minoa atq; Rhadamantũ Lacedæmonii lygurgũ. Aegyptii Mercuriũ nili filiũ cui uulcáus successit i regnũ. Persæ uero zeroastré. Nam latini quo i legibus ferédis: quo iuniores extiterũt eo cæteris hominibus i hoc doctrinæ genere mirifice omnibus pstiterũt. Quod aũt ad Mosen attiet: hũc alii legũlatoré: ut philo iudæus é locupletissimus testis: alii sacrarũ legũ interpræté pdidere. Claruitq; eadé tépestate apud suos qua cecrops apud Athenienses: quos cecropidas ab ipsius & cõditoris & legũlatoris nomie appellatos ée constant. Et id quidem annis a mundi creatione tribus millibus sex cé

Moses — Cecrops — Argiui — Minos — Mercurius — Zeroastres — Philo iudæus

Phoroneus

tis quinquaginta. Et Phoroneum qui inacho natus regnauit argis secundus annos circiter trecétos postea legibus argiuos ac iudiciis munisse. Nam Rhadamantum & huius fratrem Minoa qui Ganymedem rapuit. Europa & Asterio natos fuisse longe his tribus posteriores. Lycurgum uero quas leges lacedæmoniis tradidit a cretensibus accepisse.

At zeroastres rex battrianorum qui primus omnium magicam illusionem repperit: quibus fuerit téporibus satis ea rõne patet. quod aduersus

Ninus rex

eũ Ninus rex assyriorũ dimicauit. Et ne sim narrádo plyxior neminé interlegũ latores inuenio: qué antiquitate Mercurio comparé. Hunc aliis omnibus legũlatoribus q̃ longissime superiorem: Idcirco Ioue Maiaque natum poetæ cecinere: q; & mentis acumine iuguerit & prudétissimus fuerit. Mercurium enim auctorem fuisse affirmant eloquétiæ: quæ ex itellectu gignitur & prudentia eundemq; & palæstræ & liræ & præstigiorũ peritiam primũ tradidisse. Sũt etiam qui hanc laudem legum ferédarum dent Eaco Achillis auo: cuius filium Peleũ eum argonautis aduer-

Eacus Achilles

sus Cholcos nauigasse ostédit Orpheus. Quáplurimos pterea legimus:

q cererem omniũ primam extitisse arbitrent̃ ferẽdæ legis auctorẽ: quod eo argumento refelli põt quod cererem fuisse cõstat annis ab initio mũ/ di tribus millibus septingẽtis octoginta: Sed q omnẽ illam superiorẽ an tiquitatẽ legalis sapiẽtia gloria suparit. Solona fuisse cõtẽdunt: q antiqua tis omnibus Diaconis legibus præter eas quas de cede tulisset: ipse leges Atheniẽsibus dedit: quos ob eã rationẽ axes nominauit: quoniã ĩ ligneis axibus scriptæ essent. Et floruit quidem solon ĩter septẽ græciæ sapiẽtes Olympiade quadragesimaseptima: uel ut alii phibẽt qnquagesimasexta Pisistrato Athenis regnãte. Huius aũt unius philosophi leges adeo apud omne pene homniũ genus illustres atq; præclaræ sunt habitæ: ut ne Ro manos quidẽ puduerit post exactos reges easq; leges omnis penitus sub latas quæ prius ab ipso usq; Romulo latæ fuerãt athenas mittere decẽ le gatos: q ĩclytas leges Solonis peterẽt: qbus romana resp. fundaret̃. His in decẽ eburneas tabulas pscriptis in Vrbemq; allatis & p rostris ad apertio rem uolẽtiũ pceptionẽ positis: propterea duæ postea tabulæ Hermodo/ ro ephesio auctore ĩ ãnũ pximũ ex publica potestate adiectæ sunt: quo/ niã ad tantæ ciuitatis ĩperiũ pluribus legibus esset opus. Et ita leges sunt duodecim tabularũ appellatæ. Deinde secutũ est ius ciuile. Legis actio/ nes. Ius elianũ. plebiscita quæ postea lege hortẽsis p legibus habita obser uataq; sunt. Post hæc ius id additũ necessario est quod senatuscõsultum nominat̃. Deĩceps adiecta opportune sunt edicta prætorũ: a quorũ hono re ius est appellatũ honorariũ. Ad postremũ aũt principe cõstituto accep to ue illud est ius ĩtroductum: quod ab unius principis uolũtate manãs prĩcipale uocatũ est: Quid. n. singillatim memorẽ aut de publicis aut de priuatorum legibus quæ priuilegia dicuntur? qd de consularibus & tri/ bunitiis? qd de satyra? qd de iure militari? qd de iure quiritium? quid de cõstitutionibus? qd de prudẽtium respõsis? Nulla est prorsus neq; legis nec æqtatis nec iuris pars quã Romani aut legumlatores aut iurecũsulti ĩtactam ĩdiscussamq; reliquerint. Non. n. ĩ tot corũcanis. brutis. sceuolis paulis. labeonibus. pomponiis. trebatiis. tuliis atq; aliis ppe infinitis unũ aut Lycurgum aut Solona ĩuenias. Quam. n. nunq̃ in uniuerso terrarũ orbe remp. excelluisse meminerimus: quæ cũ in omnis laude uirtutis: tũ maxime ĩ splẽdore iusticiæ cum romãorũ imperio cõparari queat? Hæc autem nõ natura sed disciplina primum acqritur: & ea qdem disciplina: quam nobis legum & iuris ciuilis & sciẽtia subministrat. Hæc sane ea est iusticia quam ait Euripides Hespero atq; lucifero magis esse mirabilẽ. Hæc ĩquam una uirtus ita cũctis uirtutibus antecellit: ut q eam adeptus sit solus: bonitatis cognomẽtum adeptus existimetur. Quare cum orna tissimus adolescens. Theodorus platus ab ipsa usq; puericia quodam na ture ducti bonitatem arderet: audiretque quottidie hãc per ĩscitiam po tissimũ comparari ab eloquẽtiæ studio qua non mediocriter ualebat ad

Olympi/as

Romu/lus

Romani

Theodo/rus pla/tus

legum & iuris ciuilis sciĕtiam quasi sulpitius qdam animū cōuertit. Et citabat eum præterea uel paterna uel maiorum suorū gloria: quorum se dissimilem fore mōstri similimū ducebat. Nō enim erat ignarus platoꝝ familiá quæ nūc uocat: nam priscis temporibus platonica dicta est a pla/
Plato tone philosophoꝝ omniū maximo & grauissimo duxisse originé. Plato
Aristo/ nem uero ipsum q suo ꝓprioq́ꝫ nomine Aristocles dictus est referr pater
cles nū genus ī codrū regé Meláthi filiū: maternū aūt ī dropiden poetá solōis fratrem. At solona & dropiden ī nileū heroa. Hinc uidere licet uim solertiamq́ꝫ naturæ non absurde ī posteros etiam ꝓpagari. Vt enim Theodorus ad legalis excellĕtiæ laudem raptus est Solona scilicet imitatus. Ita hu
Petrus an ius frater Petrus Antonius diuio igenio adolescés ad oratoriæ poeticeq́ꝫ
tonius præstantiæ gloriá impulso quodá & tanq̄ necessitate naturæ: quæ a Dro
Platus pide frate solonis flueret: táto se studio cōtulit: ut iam natu maioribus il
Dropid͛s lisq́ꝫ doctissimis coæquádus iudicet. Scimus enim Dropiden esse ab omnibus poetá eloquentissimū & grauissimū habitū. Ná nileus adeo claruit rebus bellicis ut īter heroas numeret: qué etiá ipsum q̄ Petrus antonius ꝑpulchre emulet nouistis omnes. Sed ut eo unde diuertit nostra reuer/
Solon tatur oratio: qualia quátus que legumlator solon fuerit ex iis satis super/ quem patere arbitror: quæ a me modo narrata sunt. De platone uero qd
Libri. x. attinet prædicare: cuius libri decé de rep. & duodecim de legibus locum
de rep. nullū prætermisere: qué ad omné iusticie iurisq́ꝫ rationé ꝑtinere uir sapi
Libri. xii. entissimus iudicasse. Quá uero Theodorū oporteret uæheméter accédi
d͛ legibus atq́ꝫ īflamari ad eam quá naturæ suoque īstituto tátopere cupiebat scien
Georgi/ tiam cōsequédam Georgii patris nomé atque honos erat ī causa: qué ui/
us platus debat ī mediolanensi rep. præstátissimis etiam iurecōsultis doctrina & innocétia plurimū anteire ob eamq́ꝫ rem adeo ualere & auctoritate & gra/
Fr. sphor tia apud diuinum principem nostrū Fráciscum sphortiam: ut de nemine
tia dux melius sentire uir prudétissimus summusque uideatur. Quam obré cū primum se Ticinum cōtulisset id studii cuius gratia profectus est táto labore táta cura táta aggredit diligétia ut intra tertiū annum in publica repetitione: quam uocát scholastici: eam de se opinionem in omniū animis collocarit: ut nulla ex parte maioribus suis inferior futurus censeretur.

Videmus sane apud nō nullos usu plærūque fieri: ut q adolescentes asseruatione aspectuq́ꝫ suorum liberi sunt licentia ea omni: quá habent: non tam uitantur quam abutantur. Nam quod tepus in audiendo debet legédoq́ꝫ consumi: id aut in ludis aut in cōmesationibus teritur cū magno ipsorum dedecore ingétiq́ꝫ detriméto rei familiaris: At istorū talium dissimillimus Theodorus ne pūctum quidem temporis omittebat quominus aut eruditissimos honestissimosq́ꝫ doctores audiret: aut legenda tractaret: aut quæ legerat & tractarat litterarum monimentis commendaret Eorū autem æqualiū & cōdiscipulorum semp cōsuetudine usus est:

qui aut docti & boni essent aut cuperét tales effici. Sciebat enim probos adolescétis: ubi etiá minus improborũ cõsuetudine a recto animi ĩstituto flecterétur: suspicione tamé deprauari moris non uacare omnino. At eos omnis q cæteris aut auxiliũ sint aut cõsiliũ allaturi non minus famæ quá Iusticiæ atq̃ ĩtegritatis rationé habere oportere. Cõsultoribus uero ĩ omni quæstiõe æque facillimũ atq̃ subtilissimũ se præstabat. Quod autem ipe uel dicédi uel differédi gratia quæreret: ut acute ĩuenerat: ita modestissime ꝓponens mirabili artificio: ad qué finé intenderat: deducebat. Et peruicaciũ omnem exosus id solũ qđ ueritaté saperet: sequebat. Spectatissima. n. ĩgenia mendaciũ nullũ admittũt eamq̃ sibi ĩ differendo uictoriam propõi uel maximam arbitrãtur: si a ratione nusq̃ diuerterint. Præterea quod tempus uix aliis ĩ audiédo ciuili iur satis esse cõsueuit: id Theodorus platus in utroq̃ iure penitus perdiscédo lõge prius absoluit: Et ne id qdem mirũ. Nõ enim otiose debebat nullas illecebres sectabat. nullam faciebat ĩtercapediné: totus erat ĩ audiédo. totus ĩ legédo. totus ĩ scribédo. totus ĩ differédo: Quo factũ est: ut cũ quarto studii sui áno docere q̃ didicerat publice ĩ maxima audiétiũ frequétia cepisset. Ecce cum ĩcredibili admiratiõe omniũ áno septimo ex quo primũ ticinensem: ut ita dixerim: ariopagum ex nostra mediolanési academia petiisset ab omnibus sit: ut uidetis: dignissimus iudicatus quem utraq̃ ĩsignia decorét.

Theodorus platus

Sed iam me locus ipse atque tépus admõet: ut posteaq̃ de legibus ac iure ciuili locuti sumus: paucis ꝑcurramus de iure põtificio. Id aũt q primus apud romanos ĩuenerit qué nũc Pompilio anteponá: habeo neminé. Ná apud alias natiões atq̃ ciuitates ut uarii dii ĩ honor sunt hiti: ita uarii supstitiões ritus iuraq̃ fuerũt adeo ut ét dæmones ꝓ diis haberent. colebat enim stulta illa gentilitas & bonos quos opinabat & malos deos. At malos qdem ne obessent: bonos aũt ut ꝓdessent. Sed ut reuertar ab Numá. Is genere sabinus: cũ Romulo successisset ĩ regnũ: uideretq̃ Romanũ populũ lõga belládi cõsuetudíe efferatũ aliud nihil malle q̃ uastationé q̃ ꝑdá q̃ ĩteritũ: quo illũ tádem ab ea ĩmáitate animi diritateq̃ auerteret ius põtificiũ ĩtroduxit p tripudia & saltatus ludosq̃ solénis adhibitis sacrificiis & carminibus: qbus placari numina ꝓpitiaq̃ reddi maximo studio rex callidissimus ꝑsuaserat. Quæ qdé supstitio ubi simul cũ ĩperio ĩ dies magis magisq̃ augescere : ea demũ p aduétũ ueri & oipotentis humáí generis redeptoris christi optimi maximi radicitus excisa corruit. Estq̃ tépestiue nouũ ius pontificiũ ĩpolutũq̃ oblatũ q̃ a sacris libris grauissimisq̃ sanctiõibus cõflatũ decreti atq̃ đcretaliũ uoluminibus scíssime cõtinet. Quæ certe oía Theodorus platus nõ audiuit & didicit solũ sed etiá q̃acutissime edidicit: & alios q̃ subtilissime & q̃ elegátissime summa cũ laude docuit. Quæ cũ ita sint: Reliquũ é præclare adolescés Theodore plate ut quæ tibi humáí diuiniq̃ iuris ornaméta ĩ hoc sacratissimo téplo ĩ hoc re

Iu[s] pontificiu[m]

Gétilitas

ligiosissimo die ĩ hoc tãto & tam illustri ãplissimoꝝ hominũ cõuẽtu ex
sumi atq̃ uniuersi magistratus auctoritate corã parata ĩtueris : accipias
ea mẽte:eo aĩo:eo cõsilio:ut oĩa semp & dicas & agas:& modereris ꝑ di/
gnitate tua maiorũq̃ tuoꝝ. Nec.n.satis ẽ qđ iusticiã pietatẽq̃ didiceris:
nisi eas ĩ omni actiõe repræsentãs & iustissimũ te ꝓstiteris & ĩtegerrimũ
& hominibus deoq̃ carissimũ.Versetᷓ tibi assidue ãte oculos sciẽtissimus
Georgi/ hic & cõtinẽtissimus iurecõsultus Georgius pater tuus.Versetᷓ Plato ipe.
us platus Versetᷓ Soloni.Versenᷓ quotquot a Codro rege athenaꝝ & ab heroe Ni
Plato leo magni & egregii uiri ĩ omni genere & uirtutis & gloriæ. Ad hãc usq̃
Solon ætatẽ emanarũt.Et ut breuitatis gr̃a prætereã ĩnumerabilis fere nõ solũ
Codrus utriusq̃ iuris eruditissimos uiros sed ẽt eqtes auratos & fortissimos bel/
rex li duces & urbiũ domĩos ac põtifices:qbus polluit clarissima domustua:
Nileus Repete memoria Maffeum muzanũ auũ maternũ uirũ illũ grauissimũ
Opera planeq̃ humãissimũ cuius prudẽtia cuius eloquẽtia tãta fuit ut eius opa
Maffei & ĩdustria excellẽtissimus prĩceps noster relicto ĩ apulia tot urbium tot
muzani populoꝝ opulentissimo prĩcipatu ad magnanimũ illũ ducẽ diuũ Philip
Frãciscus pũ uenerit:cuius aduentũ diu cõcupitũ atq̃ exoptatũ q̃ti philippus fece/
sphortia rit nõ obscur̃ nec dissimulãter ostẽdit.Nã Maffeũ q esset consilii iusticiæ
uenit Me secretarius ordini senatorio q̃ primũ ascripsit:tãtoq̃ semp hũit ĩ honore
diolanũ ut ĩ maiore neminẽ Nã qd ego memorẽ:q̃nta de tua & eruditiõe & ꝓbi/
tate sit expectatio cũ apud alios uniuersos uiros claros & præpotẽtis tũ
apud nobilissimas primarias familias:qbus cõ tibi est affinitas:quoꝝ cer
te omniũ opiniõi tibi nitẽdũ est nõ modo ut respõdeas:sed ut ea mirabi
liter superes.Verum ne singula persequar quanta nunc tibi ad bonas acti
ones necessitas quantum calcar est additum:quod regina hæc nostra di
Blãca ma ua Blanca Maria simul cum splẽdissimis regulis Galeacio & Hyppolita
ria dux quasi latona quædam phœbo dianaq̃ omnia coruscãs sua te præsentia
Galeaci/ honorat. Quæ sane res una longe est:& preciosior & illustrior q̃ ciuilis
us Maria pontificiiq̃ iuris aureum omne gemmatumq̃ diadema.
Hippoly/ Quæ quidem oratio habita est ab eodem Francisco philelpho Papiæ
ta in ecclesia cathedrali tertio Nonas augustas anno a Natali xp̃iano Mille/
Latona simo quadringentesimo sexagesimo.

Francisci philelphi oratio habita Mediolani in principio studii.

Anquã eloquẽtiæ & illustriũ disciplinaꝝ studia ad triarios
sint redacta:reuocatᷓ miles emeritus post quintũ & uigesi/
t mũ annũ ĩ aciem docẽdi & ne is quidẽ ĩuitus:cum ĩtelligat
huiusmodi benignitatis munere se rem factuꝝ excellẽtissi
Galeaci/ mo suo prĩcipi Galeacio Mariæ nõ gratã solũ uerũ etiã piu
us Maria cũdã. Si ita ĩstituerit florẽtissimæ huius reip. iuuẽtutẽ:ut & dicẽdo & iu
dux dicãdo iure possit cũ uniuersa Italia de gloria cõtẽdere. Non igitᷓ cuiquã
Italia obscurũ esse debet uiri clarissimi & qđ sit nostri sapiẽtissimi prĩcipis cõ

filium:& quod itẽ meum iſtitutum. Cæterum ea mihi moleſtia: quod nõ eadem uis:ac uigor tuetur:atq̃ corroborat corporis huius inſtrumẽta:quo ingenium ipſum meũ intelligẽtiaq̃ munit:ac pollet. Vbi enĩ priſtinus ille uocis uel ſonorus cõcentus uel tẽpeſtiua cõtẽtio? Vbi firmitudo laterꝶ? Vbi lĩguæ in oẽ motum uel celeritas uel facilitas? hæc oĩa ſunt una cũ ætate magna ex parte facta debiliora. At uolũtas certe bene ꝓmerẽdi eadẽ eſt:q̃ prius:& ſapiẽdi ſtudiũ lõge uæhementius. Animus uero tum infractus tũ nulli neq̃ ignauiæ:neq̃ deſidiæ ſeruiẽs. Nec Dareti cedebat Entellus:nec Annibali Fabius:& bos quo laſſior ẽ:eo magis cauet:& firmioribus nitiť. Eníuero q̃to pulchrius ẽ didiciſſe q̃ diſcere:tãto animus ſenis q̃ animus iuuenilis plus & uiget:& ſapit. Quo fit:ut & cõſulẽdo:& inſtituendo ſenilis grauitas ueneratiõi habẽda ſit ſemꝑ perĩde atq̃ iuuẽtutis:& dux & gubernatrix. Quibus ipſe ductus ratiõibus nõ ſum ueritus tertiũ iam & ſeptuageſimũ:agens ætatis annũ docẽdi arma reſumere:& tanq̃ Neoptolemus quidã in aciẽ deſcendere aduerſus iacula ſagittaſq̃ ignorãtiæ & inſcitiæ:breui futurꝶ ſperans:ut gratificãdo humaniſſimo noſtro prĩcipi:& huberrimos & honorificos fructus his omnibus pariã:qui ſecum doctioris:tum etiã melioris mea ĩduſtria reddi nõ detractauerit. Quare q modeſtiſſimi adoleſcentes in hunc locũ diſcendi ſtudio cõueniſtis:ad audiẽdum animos parate. Vos autẽ cæteri uiri grauiſſimi qui nõ ut aliqu id diſcatis:ſed uel iudicãdi uel mei honorãdi gratia hic adeſtis. Si æquo animo ac placide tuleritis q̃ a me paucis diſſerentur:permagnas ſim profecto uobis & ĩmortalis gratias habiturus. Nunc uero ne ſimus dicendi prolyxiores quã uel perſonarũ dignitas uel temporis breuitas patitur:ad eorꝶ declarationem noſtra omnis ſe conuertat oratio quæ in politicorum libris ab Ariſtotele eruditiſſimo eloquentiſſimoq̃ philoſopho tractata diuinitus atq̃ perſcripta ſunt.

Dares
Entellus
Annibal
Fabius

Franciſci Philelphi oratio ad Siſtum quartum pont. maximum.

q

Vam mihi profecto mirificam animi lætitiã affert concupita diu atq̃ exoptata ſanctitatis tuæ præſentia pater beatiſſime:hãc nõ mediocriter offendit ĩportuna hæc uocis raucitas:quã partim itineris difficultas partim aſpitas hyemis ĩtulit hõi ſeni utpote iã agenti ſeptimũ atq̃ ſeptuageſimũ ætatis annũ. Qua q̃dem ĩcõmoditate fit:ut quo ut me oportuiſſet ĩ agẽdis tibi gratiis ornatu dicẽdi ꝓ tãta tua in me beneficẽtia:qua ſim accerſitus ĩ hoc domiciliũ orbis terræ: quo reliquũ uitæ meæ exerceã in laudẽ oĩpotẽtis dei ac tuæ beatitudinis:eo in ꝑſentia cogar abſtinere. Sed recreat me:ac bono aĩo eẽ iubet ſingularis tua ſũmaq̃ ſapiẽtia:q nihil temere nihil incõſulto:ſed oĩa potius ꝓ ratione & recto animi iudicio metiaris:cõſideres:modereris. Quo factũ iri exiſtimo:ut eum etiã imiteris:cuius expreſſum quoddã & uiuũ & ſimulacrũ:eiuſdẽq̃ uices in terris ſanctiſſi

me atq; innocētissime repræsentas. Vt enim ille seipsum donās sola beneficentia: cuius partes secundū Ambrosium beniuolētia liberalitasq; sunt redemit uniuersum humanum genus: quod perierat: ita etiam tu pater beatissime pro caritate diuinitus tibi ingenita hac benignitate pōtificali cū me mihi restitues: tum uocē illā pristinā ac sonorā efficies etiam clariorem. Pro aūt tali tantoq; beneficio: quas tibi tandem grās sim acturus? eas certe quibus tibi sapiētissimo reipublicæ christianæ antistiti gratias offerri nihil queat. Ad quas deniq;: alacre atq; syncæram animi gratitudinem: quæ una uirtus quā sit pulcra quātiq; faciunda: uel eo probatur

Angelus argumento: quod primus ille angelus impietatis filius sola ingratitudine corruit præceps ex illa cælesti sublimitate ī tenebras sempiternas. Nā si gratus eē uoluisset: si accepti memor beneficii: neq; inuidisset creatori

Supbia suo: nec in diram illā sceleratamq; superbiam exarsisset. Mea uero animi gratitudo ea futura sit: ut tuum diuinum nomē quod sua natura splendissimum est: splēdore etiam oratiōis tam græcæ q̄ latinæ eodēq; & carmine & oratiōe soluta: id quod alius ex hominibus nostris præstare nemo potest: quantū uel anniti ingenio: uel doctrina efficere diligētiaque potero: trāsfundam in oēm posteritatē: & ita transfundā ut nulla sit hominū ætas illud obscuratura. Non. n. ea humana gloria appetēda nō est: quæ p optimas actiōes se diuinæ gloriæ similē reddit: tum oīa hominū bona a diuinis bonis pfluāt sit necesse. Interea uero tēporis clæmētiā tuā rogare: orare: obsecrare: obtestariq; nō desinā: ut hunc humillimū seruū tuum ut omni fide & obseruantia tibi deditissimum ita cōmēdatissimū habeas: siquidem putas nullum apud me beneficiū tuum ītermoritu℞.

Francisci Philelphi oratio habita in principio quæstionum tusculanarum. M. Tullii Ciceronis in studio urbis Romæ.

Tirones q Vi tirones primū in castra uenerint: ne re℞ bellica℞ imperiti oīno possint existimari: cōsuerūt ea ītra uallū repræsentare: q̄ in dimicādi arte didicissent. Et ita cum mira q̄dā corporis agilitate nunc exiliētes resiliētesq; nūc pcedētes audētius: nūc in pede se referētes per oēm motū gestūq; mēbrorum aut ensem in uarias uibrādo corruscādoq; partis: aut hastam ultro citroq; in multiplices ictus cōcutiendo pspicuum afferre argumentū cū uiriū sua℞ ad alacriter strenueq; pugnandū tum etiā fiduciæ ad uincendum. At milites ueterani uiri clarissimi qui in hūc locum cōuenistis honorādi mei potius: ut existimo: q̄ audiēdi gratia: ut sunt diu ac multum exercitari fortissime per pulcherrima q̄plurimaq; facinora: nihil huiusmodi facere aggrediunť: sed tantisper quietē agunt: donec descendať in aciē. Quo ubi uentū est: & itur in pugnā: non secus ac leones marmarici q uocātur in hastē obuiā illico ferūtur tāta ui tāto impetu tāto robore ac turbine: ut nusq̄ nisi parta uictoria congescāt. Idem mihi quodāmodo ii

facere soliti uident: qui nup in docêdi quasi aciê profecturi prius q̃ de rerum magnitudine atq; splêdore: quarũ se interpretes haberi uolunt: qcq̃ laude dignũ in mediũ efferât: têpus fere omne cõsumũt: ut sunt Iuuenes in elegâtissimo quodã orõnis apparatu. De rebus aût ipsis uix aliquid ꝓ auditorũ utilitate attingêtes. Quã ego cõsuetudinê etsi minime reprehêdo: cum sit tum ea ætate tum prima exercitatiõe minime indigna non satis tamê eos cũ illis cõuenire semꝑ existimaui: q in dicêdi docêdiq; curriculo q diutissime uersati rerũ debêt grauissimarũ potius q̃ fucatæ cuiusquã orõnis ad demulcêdas audientiũ auris habere rationê. Quod si alteri cuiq̃ est cõsiderandũ tum mihi potissimũ qui ætatis iam annũ agês septimũ ac septuagesimũ: tandiu sum in omni orõnis genere ꝑ uniuersã propemodũ exercitatus Italiã in maximis & amplissimis ciuitatibus eisdemq; primariis: ut dici iure possim in huiusmodi studiorũ certamine miles nõ modo ueteranus sed indubitato etiã emeritus & ita emeritus: ut musarũ têplo arma uictricia perîde quasi Romulus qspiam Ioui feretrio iãpridê obtulerim. In præsentia uero tãquã in aciem accersitus atq; reuocatus a Sãctissimo & eodê ĩ oĩ laude nobillissimæ disciplĩæ & exqsitissime eruditiõis sapiêtissimo domĩo nr̃o Sisto q̈rto totius reip. xp̄ianæ põtifice maximo atq; optimo ad Iuuẽtutê ĩstituẽdã in hoc domicilio orbis terræ humanitatis artibus: quæ aliud nihil est q̃ totius uitæ morũq; disciplina: quem oium magis imitari debeo q̃ tanti pontificis summam sapiêtiam? Ex illius enim ore nihil prodit omnino: qd' minus sit quadã mirifica grauitate excultaq; doctrina præceptisq; iis refertum: quæ tam ad bene beateq; uiuendum q̃ ad omnem honestatem & dignitatem pertinent. Accedit ad rem quod esse Romanæ nonnullos audio: qui uiri dissertissimi nullum quottidie prætermittunt luculentissimæ dictionis ornatum: quo & delectent eos: qui audiunt & agant ad omnem animorũ aut motum aut etiam quietem. Quæ de tribus reliqua tribus pars in docendo uersatur: quæq; & meæ est dignitatis: & ad interprætationê quæstionũ tusculanarũ. M. Tull. Ciceronis spectat maxime in ea tractãda nullum meum: ut spero: desiderabitis officiũ. Quare ad audiêdũ animos parate: De rebus enim altissimis & cognitione dignissimis in his quinq; libris quos sumus expositruri: quã cumulatissime simul & quãdiligentissime scripsit Cicero. Romæ pridie idus Ianuarias. M.cccclxxv.

Consuetudo

Exercitatio

romulus Iuppiter feretrius

Sistus q̈rtus põti. maxi.

M. Tulli. Cicero

Questiones tusculanæ

Francisci Philelphi oratio de suo in urbem reditu Ad Sistum Quartum pontificem maximum.

q

Vanta sit in obseruatione ꝓmissæ fidei grauitas quanta ueneratio cõstituta: põt uel eo argumêto nõ difficulter aĩaduerti pater beatissime: qd' religio uniuersa & sanctimonia christiana in sola fide fundata est: & eam quidê fidê quæ in conuentis atq; pro missis consideratur: iccirco arbitrantur

Fides

uiri docti & diligẽtes hoc appellatã nomine:quoniã per illã quæ ꝓmissa fuerint:fieri oporteat. Non igit̃ absurde quo fidẽ eam impollute seruarẽ

Mediolanum q̃ hinc Mediolanũ repetẽs adducendæ familiæ meæ gr̃a me obstrinxerã tuæ beatitudini:ecce ut uides:redii cõtẽptis cæteris rebus oĩbus & publicis & priuatis. Fateor eq̃dem serius me redisse q̃ putarã. Quod certe nulla mea uel negligẽtia uel culpa alia factũ est:sed aut diuina quadã prouidentia:cui aduersari nemini licet:aut malignitate fortunæ:si quã tandẽ fortunã esse dixerimus:quæ quod nefas est credere:potior sit diuino iudicio nobis:sane occulto:sed eo plane & ĩcommutabili & oĩ certitudine certiore. At ausim affirmare pater clæmentissime ꝑmulta mihi fuisse ĩpedimẽto:quo serius fungi officio meo quiuerim:& primũ q̃dẽ repentinus:ut cætera missa faciã:duoꝝ meoꝝ liberoꝝ casus mihiq̃ ꝓ humanæ ĩbecillitatis cõditiõe admodũ molestus:q̃ppe q̃ ꝑ dieꝝ paucoꝝ ĩteruallũ uitã deseruere p̃clare illi q̃dẽ idolis ĩfantes & magnæ spei. Agebãt.n.ætatis annũ alter septimũ alter octauũ:cũ & uigerẽt:& saperẽt longe magis

Cæsar Fredericus agathus laura magdalena Sistus q̃rtus pont. maxi. q̃ pueri. Ex quoꝝ inopinato celeriq̃ obitu misera mater mihiq̃ carissima tãtũ aĩo dolorẽ mærorẽq̃ cõcepit:ut in uæhementissimã ægrotationẽ inciderit. De cuius breui recuꝑanda ualitudine cũ eruditissimi prudẽtissimiq̃ medici mihi suaderẽt:coactus sum euetũ rei expectare: ut non inanis oĩno reuertisse Mediolanũ possem existimari. Quæ.n.alia cã eo me reuocarat: q̃ ut uxorẽ & filios reliquãq̃ familiã mecũ ad urbẽ ducerẽ:ubi sub xp̃o meo Sisto quarto põtifice maximo:uitã oẽm eẽ acturus? Sed oh q̃ uarii q̃ incerti q̃ mutabiles sunt casus humanæ huius naturæ:q̃ miserabilis cõditio nostra oĩs. Cũ uisa iam foret uxor conualuisse: meq̃ itineri accĩgerẽ:uel potius iã eẽm in itinere:noua calamitas suꝑuenit. Illa enĩ exceptis intra p̃cordia penitus acerbissimis illisilioꝝ amissoꝝ uulneribus cũ diutius ea ꝑpeti nõ posset:repẽte ꝑp abortiuũ partũ:quẽ ante illoꝝ obitũ passa fuerat:ita uexata ita examĩata ẽ:ut morti ipsi ꝓpe cõcederet. Quæ q̃dẽ oĩa aliaq̃ q̃plurima mecũ ipse uolutãs aĩo statui potius eẽ redire solus:ut antea solus uenerã:quã si diutius differẽ:aut irã diuinã aduersus me cõcitarẽ:tanq̃ oĩa uellẽ pro meis optatis cõsequi:aut tuæ sũmæ sapientiæ suspicionẽ afferrẽ uiolatæ fidei:qua ipsa apud me nihil est nec antiqus nec sanctius. Adsum igit̃ pater beatissime ea facturus oĩa: q̃ uel ipse iusseris:uel tibi grata fore animaduertero. Nã ego tibi & sacrosãctæ Romanæ ecclesiæ me & uiuũ & mortuũ dedicaui ac deuoui.

Francisci Philelphi ad Iacobum Antonium Marcellum patriciũ Venetum & equitem auratum de obitu Valerii filii consolatio.

Iacobus Antõius Marcellus c VPIENTI MIHI Aliq̃d ad te scribere Iacobe Antoni Marcelle quo tuus acerbissimus mæror ille quẽ ex inopinato & ĩmaturo obitu Valerii dilectissimi filii aĩo cõceperas:aut tolleret̃ omnino:aut magna ex parte leuaretur:eo difficilius consola-

tionis genus est oblatũ:quod paris ægritudinis socius accedens non minus ipse consolandus uidear:q̃ te cõsolaturus.Quod enim cõsilium cui quá sit daturus:qui sibi uix possit? Qua spe alteri medeat:qui ipse ĩ morbo sit? Sum equidé eodem quoq; transfixus uulnere:quo te uideo laborare.Erat enim mihi puer mirabili indole Olympus Gellius : qui nato tertio Idus apriles ãno a natali xp̃iano milesimo q̃drigẽtesimo qnq̃gesimo tertio cũ nõdũ ĩplesset octauũ annũ:ea & loquebat:& sapiebat:quæ uix adultæ:aut etiã grandioris ætatis solent.Nihil leue præ se ferebat:nihil cõtẽnendũ.Vrbanis erat &cõpositis moribus.Ingenio acri & fæcũdo & splẽdido.Lĩgua ad oẽm celeritatis ad oẽm motus cõueniẽtiã expedita. Voce clara facili & sonora.aspectu miti & grato.Ea cõpactiõe aptitudĩeq; mẽbrorum:q̃ & strenuitatẽ referret &robur.Et ne curiosius cũcta singillatĩ psequar:talis erat Olympus meus:ut in eo oĩa naturæ ad pbitatem adminicula inesse uiderent.Quid enim memorẽ:qua esset in me obseruãtia? quo cultu? qua pietate? Quã oĩbus in rebus studeret paternæ uel institutiõi uel uolũtati nõ minus obsequi q̃ parere.Hic mihi iucundissimus tantæq; spei filius nuper ad octauũ Idus Martias depositũ quod acceperat usurariũ:repetenti deo optimo maximo nõ modo reddidit:sed ita grato aĩo ita libenter reddidit:ut nõ uita excedere sed in sempiternæ atq; beatæ uitæ domiciliũ sese cõmigraturum & cõstanti sermone & uultus tranquillitate hilaris quodãmodo ac lætus certo credere significaret Quid animi tum mihi fuisse putas:cũ repẽte illum inter loquendum simul cum uoce spiritus defecit? Nõ potui equidẽ qđ fragilitatis es naturæq; humanæ:in tam recenti tamq; inopinata luctus acerbitate non cõmoueri animo:cũ eodem temporis puncto quẽ tam uehemẽter diligerem:& uiuum intuerer & mortuũ.Itaq; ubi cogitabundus ac subtristis aliquãdiu siluissem:tandẽ non sine gemitu erupi in hæc uerba.Quã miserabilis est humana conditio: Quã ridendi cogitatus nostri.Quã stulta cousilia.Quã uanitatis plena sunt oĩa. Nihil est certi in hominũ uita: nihil constãtis:nihil diuturni:oĩs spes nostra ĩanis est. Omne uotũ frustra. Quid de te mihi fili dulcissime non proponebam? nõ pollicebar? nõ futurum existimabam? Gratissima tua præsentia iucũdissimoq; affatu lauabam curas:oblectabã animũ:meq; ipse mihi totum uẽdicabã. Quem senectutis meæ bacculũ:ac præsidiũ fore arbitrabar:en exanimũ subito nullũq; aspicio.Heu me miserum atq; infelicem.Sic me Olympe dilectissime deseris? Sic destituis patrem senẽ.O ineuitabilem nostram necessitatem.O ferreum atq; inexorabile humanæ legis iudiciũ:quod nullis præcibus nullis præmiis:nulla ui neq; mutari nec flecti potest. Hæc paucis questus illico rediens ad me totus cœpi me tacitus mecũ cogitare: ac me paulatim leuitatis arguere quod ea essem imprudentia:ut nescirem:&q̃ lege nati essemus omnes & quantum & quodq; dolendũ foret:aut non

olympus gelius

dolendum. Continuoq̃ ita cogitanti mihi ea uenerunt in mentem: quæ græce apud Menandrũ dicta sunt in Trophimũ. Sed ea referãt a me latiæ.

menãder Trophimus

Si lege natus Trophime tu fores ea:
Vt omnia ad uotum tibi: quæ uelles: fluerent.
Et id deorum aliquis recepisset tibi:
Recte doleas quidem: fefellit enim fidem:
Ac fecit absurde: sed iisdem legibus
Commune quoniam tu quoq̃: quibus nos alii:
Cælum hauseris: ut audentius tecum loquar:
Ferenda sunt hæc fortius: & animo simul:
Voluẽda graui quæ dico: paucis accipe
Homo es & ob id mutabilis quidem citius.
Res admiseras: rursusq̃ animal nullum mala
Admittit ultro: ireq̃ id sane: quoniam:
Natura quem tulit imbecillum: maximis
Se rebus is fulcit: cadens igitur bona
Quamplurima conterit: ipse uero nunc Trophime
Neq̃ admodum orbatus bonis ex eximiis
Nam sunt tibi nunc: mediocria quidem mala.

Mediocriter igitur tibi quod deest: feras. His igitur Menandri uersibus primũ admonitus: & quæ esset naturæ lex: & quæ hominis infirmitas: & quanti quod accidit incõmodi: faciundum sit: & quomodo ferendum: deĩde ad ualidiora rationis remedia auxiliaq̃ cõuersus ita sum iis & adiutus & cõfirmatus: ut intelligã plane mihi mali euenisse nihil: qđ Olympum meũ quo ne uitã quidem ducebã cariorem: non tam morte amiserim. Hæc autẽ qualia fuerint: in te cõsolando breuiter ostendã. Neq̃ enim futurũ uereor: quo minus rationi malis q̃ perturbationi obtẽperare. Noui magnitudinẽ animi tui: noui prudentiã: noui grauitatem. Facile ut es maximo splendidissimoq̃ ingenio: reuocabis uim animi a sensuum imbecillitate: & nõ quid indocti sed quid uiri sapientissimi sentiant: cogitabis. Nec sane cõmissurus sis: ut post tot tibi. ac tãta res pulcherrime gestas patiaris clarissimũ nomen tuum ulla uel incõstãtiæ uel molliciæ nebula obduci. Erat tibi Valerius filius cum formæ præstãtia tum animi robore acrimoniaq̃ ingenii & elegantia morum tui admodũ similis. Hic a prima usq̃ infantia qualis futurus esset: nullis aut præceptis aut admonitiõibus: sed sola naturæ probitate suaq̃ adductus certissima signa dedit. Aberas tu Chremæ prætor: cum tibi nuncius est allatus de infante nato. Quod ipse audiẽs tanta uoluptate animi affectus perhiberis ut ex oris hilaritate admirationẽ iniiceres circunstantibus. Inest sane in animis nostris diuina uis quædam: quæ supra corporis sensus permulta ex sese & intelligit & uidet: quæ nos plerũq̃ ne cogitamus quidẽ. At pri-

Chrema

Caria rit: addidiſſetq̃: quonãmodo illo eẽt uſurus: ad eum reſcripſit. Si tu qui-
dem magno aliquo bono hominem affeciſti: interime. Sin aũt nullo: e ſo
lo eiice perinde atq̃ timidum ad uirtutẽ. Et cũ ei aliquando occurriſſet
adoleſcẽs: quẽ amãter q̄dã ſequebať: ruboreq̃ adoleſcens: ille pfunderet:
cũ talibus ait: ĩcedẽdum ẽ: quibus cum uiſus eundẽ ſis colorẽ ſeruaturus.
Callicra- Allicratidas claſſis præfectus cum a Lyſãdri amicis rogaretur: ut
tidas c unum quẽdam ex inimicorum numero enecandum ſibi aſſen-
Lyſãder tiretur: & quinquaginta ipſe talenta acciperet: & ſi uæhementer
ei pecuniis ad nautarum obſonia opus erat: haud tamẽ conceſſit. Et cum
Cleãder Cleander cõſiliarius dixiſſet: at eq̄dem accepiſſem ſi tu fuiſſem: reſpõdit:
Cyrus iu & enim ego quoq̃: ſi tu eſſem. Idem cum uẽiſſet Ad Cyrum iuniorem
nior ſardis: erat enim Cyrus lacedæmonioꝝ ſocius: ob claſſis pecunias primo
Sardis die nunciari iuſſit adire ſe Cyrum uelle. Quẽ ubi bibere audiuit operiar
inquit quoad biberit: atq̃ tunc q̄dem ne inurbanior uideretur: abiit: po-
ſteaquam accepiſſet nequãq̃ fieri poſſe: ut die illo eum conueniret: poſtri
die uero cum eum rurſum bibere audiit: ac ſe minime admitti: ubi dixiſ
ſet nõ ita ſtudẽdum eſſe accipiendis pecuniis: ut quicquam foret ĩdignũ
Epheſus ſparta faciundum. Epheſum abiit multa iis mala imprecatus: qui a bar-
baris primi eſſent ĩ deliciis habiti: ac illis: qui eos docuiſſent contumeliã
ac probrum ob diuitias pati. Iurabatq̃ ad aſtãtis ſe cum primũ ſpartam
peruenerit: facturum omnia p̄ libertate græcorum quo & maiori terrori

barbaris forent:& cessarent orare illorum uires:quibus ipsi inuicem utantur. Interrogatus etiam quales uiri essent Iones:serui inquit boni sunt: liberi autem mali. Et cum a Cyro stipendium militibus præmitteretur: ad ipsum autem munera:stipendium solum accepit:munera remisit inquiens haud oportere priuatam ei amicitiam secum esse sed quæ cum omnibus lacedæmoniis communis esset secum etiam existere. Idem cum ad arginusas fo ret classe dimicaturus:dixissetque hermon gubernator bonum esse inde abnauigare:nam triremes atheniensium esse multo pluris:inquit & quid nam hoc: at fuga cum turpis est tum spartæ detrimentosa:uerum manendo uel mori uel uincere est optimum. Ad hæc factis sacrificiis cum audisset ex augure scintillis portendi uictoriam exercitui:imperatori autem mortem: nihil deterius ait:non præter unum spartæ. Nam me mortuo nihilo erit patria deterior:sed cedente hostibus deterior est futura. Itaque pro se declarato Cleandro duce adortus nauali pugna præliando interit. | Iones | Cyrus | Argiusæ | Hermon

C Leombrotus Pausaniæ filius cum peregrius quidam cum eius patre de uirtute contenderet:hucusque ait:te pater est melior donec etiam tu genueris. | Cleombrotus

C Leomenes anaxandridæ filius homerum aiebat lacedæmoniorum poetam esse: at Hesiodum helotum atque seruorum. Nam alterum rei bellicæ alterum agriculturæ præcepta reliquisse. Idem cum fecisset dierum septem cum argiuis inducias seruato tempore eos quoniam fœderibus fiderent:dormientis tertia nocte adortus alios interemit: alios egit in seruitutem. Cum uero obiurgaretur quod iusiurandum transgressus esset:aiebat ad dierum iusiurandum minime noctes addidisse:ac maxime quod quoquo quis malo hostes affecerit:id tum apud deos: tum apud homines causa putari iudicioque antiquius. Verum ipse argis cuius urbis gratia fœdera fregerat:frustratus est:quoniam mulieres iis quæ a sacris arma detraherent:sumpsere de ipso ultionem. Et ad postremum captus mente paruo abrepto gladio se ipse incidit a pedum iuncturis in lœtalia usque loca:uitamque reliquit ridens atque lœtabundus. Et cum uates dissuaderet exercitum in argiuorum urbem duci:redditum enim futurum turpem:ubi ad urbem accessisset:uidissetque tum portas clausas tum mulieres in muris stantes:hic tibi ait reditus turpis uidetur esse in quo uiris mortuis uxores portas clauserunt. Idem ad argiuos eum conuitiis obiurgantes tanquam periurum & impium. Maledicendi inquit mihi uobis ius est:mihi uero uos male afficiendi. Samiorum autem legati cum eum rogarent:ut aduersus Poly craten tyrannum bellum gereret:obidque longiore oratione uterentur: ex oratione inquit uestra:quæ quidem ab initio dixeritis:haud memini. Propterea uero neque media intelligo: summam autem nequaquam probo. Prædo insuper cum in lacedæmoniorum agrum fecisset incursum:diceretque ubi captus est:id propterea est a me factitatum:quoniam alimentum quod præberem militibus non habebam Itaque ad eos qui haberent,nec sponte darent:ablaturus ueni per deos | Cleomenes | Homerus | hesiodus | Argiui | Samii

inquit malicia celer est. Atqui nequam homo quispiam cum maledictis eum honoraret: certe ꝓpterea inquit in omnes ipse maledicis: quo respõdentes non satis temporis habeamus de tuo uitio loquẽdi. Et cum ex ciuibus quidam diceret oportere bonum regem mitissimum prorsus eẽt Ita inquit: quod contemptui non sit. Idem cum in longam ægrotationẽ traheret: expiatoribusq; ac uatibus fidem quam minus antea consueuerat: adhiberet: ob idq; quispiam miraretur: quid miraris ĩquit? Nõ enim idem nunc sum: qui tunc eram. Cum ergo idem nõ sum: nec eadem etiam probo. Ad hæc cum sophista quidá de fortitudine plurima uerba faceret: risit is quidem. Dicẽte autem sophista quid rides Cleomenes: cum & me de fortitudine dicente: audias: & ipse rex sis: quoniam inquit o hospes si irundo quoq; de fortitudĩe loqueretur: idem hoc facerem. Sin autem aquilæ oratio esset: uæhementer quiescerem. Argiuis quoq; dicentibus priorem conflictum rursus eum pugnaturum: miror ĩquit si trium syllabarum additione meliores nũc estis quam antea fueritis. Atq; cum quispiam in eum conuicio uteret̃ diceretq;: delicatus es o cleomenes: at melius ẽ inquit q̃ iniustũ esse: uerum tu pecuniarum es studiosus: & si tibi abunde eæ sunt. Et cum psaltem ei cõmẽdare quis uellet cum allas uirum laudaret tum psaltem eum esse græcoꝝ optimum dicebat: hic autẽ quopiam ex iis qui prope aderãt: ostenso: ꝑ deos inquit hic ẽ apud me faciundi iuris artifex omnium optimus. Præterea cum Mæander sami tyránus ob psarum impetũ ad spartam fugisset: ostẽtassetq; quæcunq; aduexerat: aureaq; & argẽtea pocula: & quot uellet: elargiret̃: nõ solum nullum accipit: sed etiá ueritus ne inter alios quosdá oppidanos distribueret ad ephoros profectus melius ait sparte esse: ut suus hospes samius e pelopõneso abiret: ne illius suasionibus spartiataꝝ aliquis malus efficeretur: ii uero optemperantes Mæandrum eodem die proclamantes expulerũt. Insuper cum quis dixisset: cur argiuos qui sæpius uobis cum bello contẽdunt nõ e medio post uictoriam sustulistis? Quoniam si e medio sustulissemus inquit: non haberemus qui iuuentutem tanquam exercerent. Idem cum quis percunctaretur: quamobrem spartiatæ hostium spolia diis non offerent: quoniam inquit a timidis sunt.

Mæãder

Cleomenes

c Leomenes cleombroti filius cum ei gallos pugnaces quis daret diceretq; eos esse eiusmodi: qui pro uictoria pugnãdo interirẽt: propterea inquit ex iis mihi aliquos dato: q̃ interimant. Illi enim sunt hisce meliores.

Labotus

l Abotus cum quis longiore oratiõe uteretur: ait: Quid mihi pro paruis rebus magna facis sacrificia? Nam quãtum rei sat fuerit: tantum tibi dicendum est.

Leotychidas

l Eotychidas ille primus cum a quopiam esse facile mutabilis diceret̃: ꝓpter tẽpora inquit: nõ quemadmodũ uos estis ob uestrũ

ipsorum uitium. Ad eũ uero qui interrogabat: quoniam quis pacto maxime præsentia bona tueatur. Respondit: si non omnia fortunæ crediderit. Interrogatus quoq; quid maxime liberis pueris discẽdum esset: ea inquit: quæq; sint eis cum in uiros uenerint: profutura. Idem percunctante quopiam quam ob causam minimo spartiatæ potu uterentur: ĩquit: ne pro nobis alii sed pro aliis ipsi consultemus.

Eotychidas aristonis filius cum quis dixisset demarati familia- Leotychidas
l res in eum male dicere: ꝑ deos inquit nequaquam miror. Nam bene dicere nemo istorum possit. Ad propiquiorem autem portam cum draco esset claui aduolutus: uatesq; prodigium esse affirmarẽt: minime id mihi quidem uidetur: ĩquit. At si clauis draconi esset aduoluta: ꝓdigium foret. Et ad Philippum tenebrarũ mysteriorum cultorẽ qui uæhementissima mendicitate premeret̃: ac diceret tamen fore: ut ii qui apud se disciplĩæ mysticæ operã dedissent: felicitatẽ post mortẽ cõsequerent̃. Quidnam ergo ait: o fatue nõ quamprimũ moreris: quo a miseriæ flætu paupertatisq; quiescas? Cum quis autem esset ꝑcunctatus: cur hostium arma diis immortalibus nõ offerẽt: quoniam ĩquit quæ ob possessorũ timiditatẽ uenati sumus: nec a iuuẽtute uideri nec diis offerri decet.

Eon eurycratidæ filius ĩterrogatus qua quis urbẽ habitans tuto Leon
l habitarit: ubi ĩquit neq; plura ĩcolentes possidebunt neq; paucio ra: & ubi ius firmitatẽ roburq; accipiet: iniuria uero infirmitatẽ ac imbecillitatem. Atq; in olympia cum cursores intueretur: qui ut emitterẽtur festinarẽt: idq; quo plus lucri assequerẽtur: quãto ait magis ꝓ uelocitate quã ꝓ iusticia cursores studẽt. Idem cũ quis de rebus haud inutilibus uerba fecisset ĩtẽpestiue Nõ opportũe hospes ĩqt: opportũo uteris.

Eonidas anaxãdridæ filius & cleomẽis frater ad quẽdam q dixis Leonidas
l set: præter regiam dignitatẽ alio nihil nobis præstas: at ni uobis ĩquit: melior extitissem: dignitatẽ regiã adeptus nõ essem: Et cũ uxor gorgo ꝑcunctaretur: quo tempore ad thermophylas cum ꝑsis pu- Gorgo gnaturus egrediebatur: si quid sibi præciperet: ĩquit: ut & bonis nubas & Thermo bona parias pignora. Dicentibus autem ephoris eum paucos secum du- phyle cere ad thermophylas: haud ĩquit: paucos ad quod ꝓficisimur negotiũ. Iterum cum ii dixissent: nunquid aliud facere decreuisti? qd nam inquit: aliud quam barbarorũ transitus uerbo impediturus: re uero pro græcis ĩteriturus? Atqui ĩ thermophylis cũ iam eẽt: ait ad commilitones: dicũt barbarum in ꝓximo esse quare tempus nõ est terẽdum. Iam. n. aut uinci a nobis barbaros aut nos mori libet. Et quopiã dicente a barbarorũ sagittarum ictibus neq; solẽ ipsum ĩtueri licere: ꝓpterea inquit eo id gratius: quod sub umbrã cum iis pugnabimus. Idem cum alius dixisset: adsunt prope nos: ergo inquit nos quoque prope illos adsumus. Ad hæc cum quis dixisset o leoinda aduersus multos cum paucis dimicaturus ades.

Si me inquit multitudini fidere existimatis:ne omnis quidem græcia satis est:breuis enim pars est pro illorum multitudīe:sin autem uirtutibus uel hic numerus satis est. Alio uero eadē dicēte attamē īquit multos me

Epistola

cū traho ut morituros. Præterea cū xerxes scripsisset. Licet tibi ubi mecū instrui q̄ cū deo pugnare malis habere græciæ pricipatū: rescripsit leonidas. Si quæ ī uita honesta sunt cognosceres:abstieres: ꝑfecto ab alieaꝝ rerū cupiditate:apud me uero lōge plus ualet mors īpa ꝑ salute græciæ: q̄ pricipatus ī græcos. Rursum cū xerxes scripsisset. Mitte ad me arma:rescripsit. Veni:& accipe. Et cū iā hostes adoriri uellet:ac magistri eqtū dixissēt:alios ei socios expectādos eē Non.n.ii adsunt:inquit:q sint pugnaturi an nescitis eos solos pugnar̄ aduersus:hostes q & uerēt̄ & metuūt reges? Milites aūt monuit:ut prāderēt tanq̄ apud īferos cænaturi. Insup īterrogatus cur uir fortissimi illustrem ac præclarā mortē obscuræ uitæ anteponūt:quoniā īquit:alterū naturæ alteꝝ sui ipsoꝝ ꝓprium putāt. Et cū cælibes uellet īcolumes:sciretq꜄ ꝑspicue illos id minime toleraturos scuticis īcertis epistolis cuiq꜄ datis eos ad ephoros misit. Itē cū ex adulta ætate tris seruare uoluisset:ii re cognita eas epistolas accipe noluerūt. Quin unus dixit nō nuncius sed pugnator secutus sum. Secundus istic inquit manēs melior sim. At tertius. Nō equidē post hosce ait:sed ātepugnabo.

Lochagus

Ochagus polyænidæ ac sironis pater cum ei eēt a quodam nunciatum e duobus filiis alterum mortuum esse:diu sciebam īquit eum mori oportere.

Lycurgus

Ycurgus legumlator uolēs ab īueterata ꝑsentiq꜄ uiuēdi cōsuetudīe ciues ī tempatiorē uitæ ordinē traducer̄:& honestos ꝓbosq꜄ efficere:erāt.n.uictii & sumptuoso & delicato:duos enutriit catulos eodem patre ac matre gēitos:quoꝝ alteꝝ dimissum : domi edacitati crapulæq꜄ assuefecit:alteꝝ secum ducēs uenantiōibus exercuit. Deīde iis in concionē actis uepres illic posuit & quædam gulæ irritamēta: subīde leporē dimisit. Cum uero cōsueta uterq꜄ petiisset: & alter cepisset leporē ait aspicitis o ciues:q꜄ eodē nati genere instituto uitæ q̄ uæhemēter īuicē dissimiles differētesq꜄ euaserūt? quodq꜄ ad res honestas atq꜄ illustres artificiosior existit exercitatio q̄ natura? Sed ferūt aliq nō eos adductos catulos:qui eisdē parētibus nati eēnt:sed alter ex cicuricus alter ex uenatoriis: deīde deteriore natum genere uenatioribus exercuit: at meliore natum lurchationibus solum assuefecit. Inde uterq꜄ ad quæ fuerat assuetus : impetum cum fecisset:essetq꜄ declaratum:quanto educatio & ad bonum & ad malum adiumento sit:ait lycurgus. Sic nos quoq꜄ o ciues splendor generis quem multi admirant̄:herculisq꜄ posteritas nihil adiuuat:ni ea gesserimus:quapropter ille omnibus se hominibus clariorē nobiliorem q꜄ ostēdit:& id quidem si res honestas per omnem uitam exercemus ac discimus. Idem solo diuiso & in omnes æqua portione sorteq꜄ distributo:

fertur aliquando posteriore tempore cum ex peregrinatiõe per agrum nuper demessum transiens positos aceruos similes æqualesq; uidisset: affectum lætitia surrexisse dixisseq; ad astantis. Quã oĩs laconita multorũ fratrum uidetur esse: qui eam modo diuiserint. Et cũ ad æs alienũ rescindendũ hortatus aggreditur etiam oẽm suppellectilẽ ex æquo diuidere: quo inæqualitatẽ omnino & dissimilitudinem tolleret: intuens lacedæmonios grauiter ac moleste ferre manifestã oblationem nummũ tum aureum tum argẽteum infirmum irritumq; effecit: ac ferreo solo utẽdũ imperauit: ad cuius solutionẽ definiuit: ut ad id usq; quod necessarium foret: totã substantiã haberẽt. Quo quidẽ facto oĩs iniuria e lacedæmõe ẽ eiecta. Nã nec furari: nec corrumpe muneribus nec aliũ priuare aut rapere quispiã amplius quicq̃ poterat: quãdo quidẽ id neq; occultare: neq; possidere iucunde neq; uti sine periculo neq; aut exportare aut ĩportare tuto quiret. Ad hæc inutilia ex urbe oĩa supuacaneaq; exegit. Quare neque mercator neq; sophista neq; uates nebuloue neq; rerum laboratuꝝ artifex spartam ingrediebatur. Nec enim nũmum apud eos qui esset in usu: lycurgus concesserat: sed ferreũ duntaxat constituerat: quod mina ẽ æginensis põderis: ualoris autem æreorum quattuor. Et cum aduersus delicias bellum aggredi diuitiarumq; desiderium auferre animo uoluisset: conuiuia introduxit. Itaq; ad illos qui percũctarẽtur: q̃obrem hæc constituisset: & cum armis minutatim ciues diuisisset: quo inquit alacriter ac facile imperia admitterent: ac siquid tumultuarentur: paucis daretur erratum: & ut etiã ex æquo cibus potusq; eẽt nec ullis potulentis esculentisue: præterea nec strato aut uasis aut alia quapiam re omnino diues pauperi antecellat. Cumq; diuitias negligendas contẽnendasq; reddidisset: quippe quæ nemini nec usui nec ostentationi esse possent: dicebat ad familiares: q̃pulchrum est o socii ex operibus diuitias demonstrare: cuiusmodi uero sunt: quoniam cæcæ. Insuper curam adhibuit: ne ante cænatis domi facultas esset ad conuiuia proficisci: aliis esculentis potulẽtisue repletis. Vituperabant autem cum reliqui perinde atq; incontinẽtem & ad cõmunem uictum demollitum: qui minus secum aut biberet aut ederet. Mulctabaturq; is: qui manifesto eẽt depræhensus. Itaq; Agis diu Agis posteaq̃ rex creatus est militia reuersus: debellauerat enim Athenienses: cum uolens uno die apud uxorẽ cænare portiones accerseret: eas tribuni militum non misere. Quod cũ ephoris innotuisset: ab iis mulctatus est. Huiusmodi ergo constitutiões cũ locupletes inique molesteq; tulissent in eum insurrexere: maledictis iactuq; insequentes: quippe quem lapidibus uellẽt obruere. Pulsus autẽ e foro elabitur. Et aliis anticipato itinere in ædem defugit Mineruæ calciœce. Et cũ retro faciẽ uertisset: eius oculum baculo alcander insequens eruit. At hunc publico decreto cum accepisset ad cruciatum: nec male affecit: nec repræhẽdit quinpotius eũ uitæ Minerua Alcãder

uictusq; sociū habens reddidit nō modo laudatorem cū sui ipsius tum etiam cōis uitæ ac uictus: uerū etiā totius uiuendi morūq; instituti studiosum. Illius uero calamitatis monumētū in sacello chalciœcæ Mineruæ statuit: quā optileti appellauit: oculos.n. Dores optilos dicūt. Idem interrogatus cur scriptis legibus nō esset usus: quoniā inquit eruditi ac prouecti necessario instituto qd' pro tpe usui est: probant. Item qbusdā percunctantibus quare culmen ædibus securi imponendū imperarit: ualuas autem serra dūtaxat nulloq; alio ferramento: quo inquit ciues oībus in rebus quas in ædes importāt: mediocritatē seruēt: nec habeāt ex eis quicq̄ quæ apud alios habentur in præcio. Ex qua quidem cōsuetudine Leotychiden ferūt qui primus spartæ regnauit: cū apud quēpiam cænaret: uidissetq; domus tecti apparatū & sumptuosum atq; tabulatū: hospitē rogasse: an quadrata apud eos ligna nascerēt. Interrogatus etiam lycurgus quāobrem aduersus eosdē hostes sepius expeditiones ducēdas prohibuissent: quo ue sæpius inquit: repugnare cōsuescentes bellandi peritiā caperēt. Quare Agesilao quoq; regi nō mediocri dandū crimini uisum est q; cōtinuis in boetiā irruptiōibus ac pugnis thebanos instruxerit: qui lacedæmoniis resisterēt. Propterea sauciū Antalcidas cū eum uidisset. Perpulchrā ait: doctrinæ a thebanis mercedē recipis: quibus uel inuitis ac nesciis pugnādi disciplinā tradideris. Alio etiā quærente quāobrē uirginū corpora cursibus & luctationibus ac discoꝝ iaculorūq; iactibus exercuisset: quo inquit: radicatio gignēdorū robusto principio in robustis sumpto corporibus pulcherrime germinet. Ipsæq; partus robuste perferētes & facile & pulchre doloribus resistant: ac siqua necessitas acciderit: possint & pro seipsis & pro natis & pro patria pugnare. Et cum uirginū in pōpis nuditatē quidā repræhenderent atq; causam quærerēt ut inquit: iisdem quibus uiri studiis exercitatæ nulla eis recedāt neq; corporis uel uiribus uel ualitudine neq; animi ambitiōe ac uirtute & ut etiā ob externam gloriam sint animo elatiore. Itaq; de gorgone uxore leonidæ huiusmodi quoq; respōsum tradit. Nā cum quædā: ut uidet peregrina ad eā dixisset: solæ uos lacænæ uiris īperatis: respōdit: solæ enī nos uiros parimus. Et cū eos q nubere noluissent: a spectaculo gymnicis ī ludis prohibuisset: eisdēq; ignominiā addidisset effecit: ut gignēdis filiis q̄diligētissime prospicerēt. Nam eo honore atq; obseruātia quā senioribus iuniores præstant: illos priuauit: & illud in Dercyllidan dictū quāuis spectatus īperator esset: repræhendit nemo. Eteni aduenienti quispiā e iunioribus subselliū nequaq̄ cessit: īquiēs. Nā nec tu mihi q cederet: genuisti. Percunctante autē quodā cur sanxisset nuptui puellas sine dote dari? Quo inqt neq; ob egestatē sine uiris ulle dimitterētur: neq; propter opulētiam expeterētur: sed quisq; potius spectato puellæ ingenio ac moribus in capiēda uxore moueret. Ob id aūt ornādi etiā studium ex urbe amouit. Idem

Marginal notes: Minerua chalciœca (line 3–5); Minerua optiletis (line 6–7); Leotychides (line 10–11); lycurgus (line 13); agesilaus (line 16); Antalcidas (line 18–19); Gorgo Leonidas (line 27–28); Dercyllidas (line 32–33)

cũ nubendi tempus certum statuisset tum mulieribus tum etiam uiris ad eũ qui huiusce rei causam quæreret: respondit ut partus ei adultis geniti ualentiores essẽt. Ad illum uero qui miraretur: quod uirum simul cũ nupta cubare prohibuisset: imperassetq; ut plurimũ diei cm æqualibus una esset: noctes autem totas quiesceret: cum sponsa uero & clam & non sine pudore congrederetur: ait: ut & ualentiores corporibus quandoquidem ad satietatem usq; nõ coiuerint: & amando semper sint noui: natosq; robustiores præstẽt. Ad hæc odorum pretiosumq; unguentum amouit perinde atq; olei contagium ac perniciem. Itemq; tigendi artem tãquam sensus assentationẽ. Et omnibus cultus ornatusq; corporei opificibus spartem inaccessibilem fecit: perinde ui artis prauitate artes inquinantibus. Tanta uero illis temporibus mulierum erat pudicicia: tantumq; aberat ab ea quæ posteris sæculis secuta est: mulierum procliuitate: ut incredibile sit eas supiore tẽpore adulterio obnoxias extitisse. Atq; Gerade cuiuspiã hoĩs spartiatæ uetustissimi dictũ celebrat̃: qui rogatus ab hospite qd apud eos adulteri paterentur: nã se nullã uidere legẽ hac de re a lycurgo latã: inquit nullus o hospes adulter apud nos fit. Subdẽte ãt illo at si fieret: idẽ inquit Geradas. Nã quo inquit modo adulter fiat spartæ: ubi diuitiæ deliciæ cultusq; oĩs ornatusq; corporis ignominiæ est. Verecũdia uero ac deorũ magistratuũq; obediẽtia & habet̃ in ꝓtio: honoraturq; ĩ primis. Idẽ lycurgus ad eũ q popularẽ principatũ in urbe cõstituẽdũ hortaret̃: ait tu primus in tuis ædibus popularẽ prĩcipatũ facito. Percunctãte uero quopiã q̃obrẽ parua adeo tenuiaq; deoꝝ ĩmortaliũ sacrificia statuisset: quo inquit nunq̃ ab honorãda diuina re desistamus. Et cũ ea sola certamina ĩ quibus manus minus tolleret̃: exercere ciues iussisset eiusce rei causam ꝑcunctãti quo nullus ipsorum ait: laborãdo defatigari ãssuescat. Interrogante etiã quodã quare frequẽter castra mutanda iuberet: ut maiore inquit detrimẽto inimicos afficiamus. Alio iteꝝ quærẽte cur turris oppugnare ꝓhibuisset: ne inqt aut a mulier̃ aut a puero aut ab aliquo huiusmodi hoĩe fortiores interimãtur. Itẽ cõsulentibus thebanis de sacrificio ac luctu: quẽ leuchotheæ præstarẽt: cõsiliũ dedit: ut si quidẽ deã ducerẽt: haud lugerẽt. Sin autẽ hoĩem arbitrarent̃: nũ perinde ac deæ sacrificarent. Rursum quærentibus ciuibus quo pacto hostiũ impetum repellamus: si pauperes inquit fueritis: nec alter magisquã alter interrogetur. Ac iterum de muris quærentibus inquit eam urbem quæ uiris non lateribus cincta esset: sine muris nequaq̃ esse. Præterea spartiatæ diligentiam come adhibebant quoddam lycurgi de hac re dictum celebrantes: qđ & pulchros coma magis decoros: & turpes formidabilioris faceret. Monebat aũt qui belli in fugam uertissent hostes uicissentq;: eo usq; insequerentur: quoad foret uictoria confirmat: deinde continuo redditũ facerẽt: nũ mõ nõ moris græcanici eẽ inqens illos q cessissent enecare:

Geradas

Thebani

Leucho-thea

ſed eam quoq; eſſe utilitatem:ꝙ cũ hoſtes ſcirent lacedæmonios eis par/
cere qui cæderent:ſuſtinetis uero tollere:fugiendũ utilius q̃ manendum
eſſe ducerent.Atq; pcunctante quopiam q̃obrem hoſtium cadauera ſpo
lianda uetuiſſet:ne circa ſpolia tẽpus terentes inquit haberẽt in pugnan/
do negligentius:quinpotius paupertatem una cum ordine ſeruarent.
lyſander LYſander cũ a Dionyſio ſiciliæ tyrãno ad eius filias prætioſi ſum/
dıõyſius ptuoſioreſq; amictus miſſi eſſent:eos nequaquã accepit inquiẽs
Ariſtas uereri ſe:ne hiſce turpiores uiderẽtur.At paulopoſt ad eundẽ ty
rannũ ex eadẽ urbe Ariſtas miſſus cũ ad ip̃m quoq; Dionyſius duas mi/
ſiſſet ſtolas:iuſiſſetq;:utrã mallet:acciperet ac portaret ad filiã:ipſam inqt
illã melius electurã quare utraq; accepta abiit.Acer itẽ Lyſander cauilla/
tor & admodũ decipiẽdo uarius:utpote q & iuſtum in eo qd' conducit:
& honeſtum in cõmodo collocaret:aiebat ueꝝ præſtare mendacio. Vtri
uſq; aũt perinde ut expediret:& æſtimationẽ & pretium definiri.Ad eos
uero a quibus uituperaretur:ꝙ plurima decipiendo ageret: perinde atq;
degeneraſſet ab Hercule:quodq; res nõ aperto marte efficeret ſed dolo:
ſurridẽs reſpõdebat:quo leonis nõ aſſequeretur:uulpis pellẽ aſſuendam
Miletũ eẽ.Et cum ab aliis accuſaretur:qd' quæ Mileti iuratus fuerat : nequaquã
obſeruaret:aiebat pueroꝝ eſſe talis decipere:uiroꝝ autem iureiurando.
capra flu Idẽ ubi ad capræ flumen atheniẽſes ex inſidiis uiciſſet:ac eos p̃ſiſſet fame
men urbẽ cepit:ſcripſitq; ad ephoros:athenæ captæ ſunt. Ad argiuos uero q
Atheniẽ/ de ſoli finibus cũ lacedæmoniis diſceptarent:ſeq; iuſtiora iis loqui dice/
ſes rent:diſtricto gladio qui huius inquit ius habet: optime de ſoli finibus
Athenæ diſſerit.Boetios quo tẽpore per eorũ agrum tranſiret:tumultuãtis inter
Argiui ſe intuens miſit ad eos percunctatũ:utrum rectis haſtis an declinatis per
Boetii ipſoꝝ agrum iter faceret.Et cũ uir megarẽſis in publica cõciõe audacius
Megarẽ/ dicẽdi licentia apud eum uteretur:tua uerba o peregrine inquit ciuitatis
ſis indigent: Idẽ ubi corinthii defeciſſent:ad eoꝝ muros profectus cum la/
Corĩthii cedæmonios timidiuſculos adoriẽdo aſpiceret:lepuſq; uiſus eẽt foſſam
tranſiliẽs:non uos pudet inquit o ſpartiatæ huiuſmodi hoſtes formida
re:ad quorũ mœnia lepores ob otioſam inertẽq; uitam dormiunt? Ad
Samo/ hæc in ſamothracia oraculũ ei petẽti ſacerdos ut ſibi diceret:iuſſit: quod
thracia iniquiſſimũ eẽt a ſe opus in uita ꝑpetratum.Quare Lyſander interroga
uit utrum tuo an deoꝝ iuſſu facere hoc oporteret? Illo aũt præ metu iuſſu
deorum inquiẽte.Tu ergo ait:abſis eminus:& ego illis iniquitatẽ enarra
bo:ſi pcunctentur.Itẽ cum a pſa interrogaretur:q̃potiſſimũ remp.lauda
ret:eam inquit:quæ fortibus ac timidis præmia digna reddiderit.Ad eũ
uero qui dixiſſet ipſum a ſe & laudari & defendi:duo inquit boues mihi
in agro ſunt.Vtroq; autem ſilẽte: plane ſcio: & qui nihil operatur:& qui
operatur. Idẽ cum a quopiam conuiciis afficeretur : ait dicito crebrius o
peregrinelle:dicito nihil omittẽs:ſi tuũ iis malis euacuare animũ poſſis.

quorum plenus uideris esse. Atqui postero tempore cum post eius obi/tum in cõtradictiõe sociali Agesilaus uenisset in Lysandri ædes quo litte agesilaus ras de ea cõtrouersia cõsideraret: eas enim Lysander apud se seruabat: re perissetq; libellũ ad Lysandrũ de repu. scriptũ: ut oporteret ab Eurypro/ Euripro tidis ab Agiadisq; regnũ auferre: atq; in mediũ ponere & ex optimatibus tidæ electioné facere: quo non herculis posteris sed illi potius daret honos: q Agiadæ talis foret uirtute iudicatus: qualis hercules extitisset: cũ ob eam etiá ille Hercules in diuinos honores sublatus esset. Et hanc quidem orõnem ædere & ad ciues efferre aggressus est: quo ide demõstraret: qd latebat: qualis Lysan der fuisset ciuis: & id quidé iis agens in Lysandri amicorum calũniam: at aiunt Cratiden qui p id téporis princeps inter Ephoros esset: ueritũ ne Cratides oratio si lecta foret: assensioné faceret: repræhédisse Agesilaũ dixisseq; nõ Lysandrum effodiendum esse: sed eá potius orationé callide psuasiueq; cõpositam una cum illo defodiendá. Ad hæc illi q eius filias pcati fuerát: deinde post obitũ quoniam pauper esset inuentus: eas abnuerét: ab epho ris mulctati sunt: quoniá qué diuitem existimátes colebant: ubi iustum ubi frugi ac probum ex paupertate cognoscent: despiciebant.

m Amertes missus legatus cum a quopiam ex illius loci hominibus Mamer/ laudibus summis efferetur: q amicis pluribus abũdaret: íterroga/ tes uit an exploratũ hrẽt quonãmõ abundans amicis pluribus piculũ factu rus sit. Id alter cũ ité discere qreret: aduersa íqt fortuna expimétũ faciet.

n Icander cũ quidam dixisset argiuos male de ipso loqui. Num er/ Nicáder go inquit: dant poená: qui de bonis loquunt male. Percũctante aũt Argiui quopiam quare comam barbáq; nutrirét: quoniam inquit proprius or natus uiro é oíum pulcherrimus ac minime sumptuosus. Et cũ ex athe/ Atheníé/ niésibus quidam dixisset ociũ Nicáder admodũ admittitis: uera inqt nar ses ras: at non quéadmodum uos: ut acciderit: studemus negociis.

p Antheodas legatiõe in asiam fungens ostentantibus ei quibusdam Pantheo murũ & magnũ & sublimen: p deos inqt peregrini: pulchra é mu/ das lierꝝ domus. Idé in academia cum philosophi multa seriaq; dissererent: Asia ac deíde Pantheodá interrogarét quid hi sermones ei uiderent: qd uero Achade/ alid inqt: q̃ bõi: cæterũ utilitatis habétes nihil: si minus uosipsis utamini. mia

p Ausanias cleombroti filius deliis aduersus atheniéses de insula di/ Pausani/ sceptantibus dicétibusq; ut secundũ suam ipsoꝝ legem neq; muli as eres in ísula pariunt: neq; mortui humantur. Quonam igitur: íquit: pa/ Delii cto hæc patria uobis sit: in q̃ neq; fuit uestꝝ ullus: nec erit. Exulibus aũt Atheníé/ hortantibus ut aduersus atheniéses exercitũ duceret: dicentibusq; cũ de ses ipsius laudibus in olympiacis ludis prædicaretur solos atheniéses aduer sus eum insibillasse. Quid ná igitur existimatis: íquit: eos facturos si ma le affecti fuerint: qui bene affecti insibillant. Et quopiá percunctante cur Tyrtæum poetam ciuitate donarint: quo íquit nunq̃ peregrinus nobis Tyrtæus

præesse uideatur ad eum quoq; qui cum corpore esset infirmus: consuleret aduersus hostes terra mariq; dimicãdum uiine igitur: inquit: teipm exutis uestibus ostẽdere: qualis es: qui nobis pugnãdum cõsulas. Idẽ sumptuositatẽ uestis in barbarorum præda cũ quidam admirarẽtur: melius esse inquit ipsos esse multifaciundos q̃ quæ multifaciunda sunt posside-

Medi Platææ re. at post uictoriã de medis ad platæas iussit præparatã persarũ cænam suis apponendã. Quæ cum mirabili sumptu esset: per deos ĩquit: lurcho est perses: qui cum tam multa haberet ad massam nostram ueniebat.

Pausanias Tegæa Pausanias plistonactis filius ad illũ a quo esset interrogatus: q̃ob rem ex priscis legibus nullã apud ipos mouere liceret: quoniam leges inqt uiris nõ legibus uiros oportet dominari. Itẽ cũ tegææ post exiliũ lacedæmonios laudibus efferret: ait qspiam cur igit̃ non mansisti Spartæ: sed fugisti potius? Quoniã ne medici qdem ĩquit: apud eos qui bene ualẽt sed ubi sunt ægrotãtes: uersari cõsuerũt. Ad illũ uero qui ab eo pcunctaretur: quo pacto thracas uĩcere quiret: si medicum inquit constituerimus ducẽ. Et cum medicus eum cõsideraret: diceretq; nihil habes mali. Nõ enim te medico inquit utor. Idem cũ ab amico quodã repræhenderetur: q; in quẽpiam medicũ malediceret: nec eum tamen expertus nec ulla affectus iniuria: quoniã inquit si essem istũ expertus: minime uiuerẽ. Insuper cum medicus ei dixisset: senex es factus: quia ĩquit non sum te usus medico. Dicebat etiã hunc medicũ esse optimum: q nõ sineret ægrotantis morbo marcescere: sed q̃cellerime sepeliret.

Pædaretus Pædaretus dicẽte quopiã magnum esse hostium numeꝝ. Ergo inquit eo maiorẽ gloriã consequemur: quo pluris enecabimus.

Quendã uero ĩtutus: qui tãetsi molis natura erat: tamẽ propter modestiã laudaret̃ a ciuibus: ait nec uiros mulieꝝ similis laudandos esse neq; uiroꝝ mulieres: nisi mulierẽ necessitas: aliqua coegerit. Idẽ cũ in trecentorũ numerũ non esset electus: qui honos in urbe ordine præstabat: hilaris subridẽsq; abibat. Reuocatus autẽ ab ephoris & quid rideret ĩterrogatus inqt: quoniã urbi gratulor: quæ me trecẽtos melioris hẽt ciues.

Plistarchus Plistarchus leonidæ filius ad eum qui interrogasset: q̃obcausam a primis regibus minus appellarentur: quoniam inquit illis erat opus rege agide: at illorum posteris nequaq̃. Et cum quidam patronus causarũ ridicula diceret: non cauebis inquit: peregrinæ continua ridicula quo ipse nõ fias ridiculus: quẽadmodum ii luctatores fiunt: qui

Luscinia se cõtinuos ĩ luctãdo præstant. Item ad eum qui lusciniam imitaret̃: libẽtius ait hospes lusciniam ipsam audirem. Dicẽte autem quodam ipsum a quopiam maledico laudari: miror id quidem ait: ni me fortasse mortuum ei quis nunciarit. Nam bene loqui de uiuo neminc ille potest.

plistonax Plistonax Pausaniæ filius cum atticus quidam rhetor in scitiam lacedæmoniis obiiceret: recte inquit narras. Nam e græcis omnibus

soli nos mali nihil a uobis didicimus.

p Olydorus alcamenis filius cũ frequentius quis minitaretur inimicis: nescius inquit es maximam cruciatus parté abs te consumi. Idé cum exercitum aduersus Messenam: educeret: interrogauit quidam: an esset aduersus fratres pugnaturus? minime inquit: sed in id agri se profecturum: de quo nondum esset sors habita. Argiuis aũt rursus post trecé torũ illorũ pugnam uniuersis acie superatis. Polydorum socii hortabátur: ne oportunitaté prætermitteret: sed hostium adortus murũ urbé caperet. Nam cũ & uiri perissent & uxores desertæ essent: id facillimum factu fore. Quare ad eos ait æqua pugna aduersarios uincere mea sententia honestũ est. Sed qui de agri terminis pugnauerimus: urbé capere cupiamus: iniustũ eé duco: ueni. n. ut agrũ recuperaré: non ut urbem occuparem. Interrogatus etiam q̃obrem spartiatæ fortiter in bello discrimé subeunt: quoniam inquit uereri duces non metuere didicere. Polydorus Messena Argiui

p Ollycratidas ad regios p̃tores una cũ aliis legatiõe fungés cũ ab iis ĩterrogarẽt: utrũ priuati adessẽt: an publice missi eẽnt: si ait: ĩpetrauerimus: publice missi sumus: sin minus ĩpetrauerimus: priuati adsumus. Polycratidas

p Hœbidas cũ quidá ante leuctrése discrimen dicerent: diem hũc demonstraturum fortem uirum: inquit multi diem illum eé faciundum: qui forté uirum monstrare saluum posset. Et cum in eo loco a clitoris obsideretur: qui & difficilis eét & expers aquæ: fertur in ea fœdera uenisse: ut solum bello partũ eis cederet: si una secum sui omnes e proximo fonte biberent. Nam fontem hostes præsidiis tenebát. Post iusiurandum uero coactis omnibus qui cum eo aderát: uoluisse illi qui nollet bibere: regnum dare. Quod cũ nemo admisisset: sed bibissent oés ipsum ubi post omnes descendisset: at sese a qua insperisset: etiam præsentibus hostibus adortum esse egroq; potitum: perinde atq; non bibisset. Plœbidas Clitorii

t Elecer ad eum qui dixisset patrem maledictis ĩ ipsum uti: nisi iis ĩquit: dignus essem: haud pater uteretur. Dicente autem fratre non æque ciues ei aduersari atq; sibi: cum iisdem tamen parentibus natus sit. At istud inquit absurdius. Nam quas ipse nescis: ego iniurias pati scio. Interrogatus etiá qd mos apud eos esse: ut iuniores senioribus assurgerent quo inquit ita hi habentes in maioribus natu honorandis maiore honore parentes prosequantur. Et cum quispiam esset percũctatus quátum substantiæ possideret: plus inquit: quá sat est. Telecer

c Harilaus interrogatus quáobrem Lycurgus paucas adeo tulisset leges: quoniam inquit pauca dicentibus paucis etiam legibus opus é. Percunctáte autem quodam quare puellas aperta facie: uxores auté uelata in propatulum agerent: quia inqt puellis uiri sunt inueniédi: at uxoribus uiri seruandi. Idem cum mancipiũ quoddam audacius ei aduersaret ni ait: irascerer: enecarem te. Atq; ĩterrogatus a quopiam quam putaret Charilaus lycurgus

optimam esse rempub.inquit:in qua plurimi ciues inuicem sine seditio ne uelint de uirtute certare.Item cum quis percũctaretur:cur omnia de/ orum signa cum armis essent apud ipsos posita:quo inquit nec quæ ĩ ho mines exprobrationes obprobriaq; dicuntur:propter timiditaté in deos referamus:nec iuuenes inermes diis immortalibus præces habeant. Ad illum quoq; qui esset pcũctatus:quare nutrirét comam : quoniá inquit ex omnibus hic & naturalis ornatus est & minime sumptuosus.

s Amiorum legatis ,plyxiore oratione utentibus dixere spartiatæ. Prima quidem obliti sumus.Postrema uero ignoramus:quia res memoria exciderunt.Cum longa orator prolyxaq; usus oratione respõ siones peteret:quas ciuibus referret:refer igitur dixere : & te dicendo & nos audiendo uix desisse.Et ad thebanos aliquibus de rebus contradicé/ tes dixerunt:aut sapere minus oportet aut plus posse.

Lacon l Acon interrogatus quáobcausam menti pilos plurimum nutris? quo inquit canos intuens:nihil agam ipsis indignum.

a Lius cum esset quis percũctatus:quare sicis breuibus utimini:quo inquit comminus cum hostibus manus conseramus.

l Audáte quopiá fortissimos pugnatores:lacon ĩquit in Troia.

a Lter cum audisset quosdam in cæna ad bibendum ui cogi: nõ etiá ad edendum inquit ui coguntur.

Pindarus p Indarus cum scripsisset Græciæ sustentaculum athenæ: lacon áit: græciá funditus ruiturá:si huiusmodi sustineatur sustentaculo.

e T cum quis intutus in tabula quadam picta laconas ab Athenien sibus iugulari diceret fortes quidem athenienses:lacon tempestiue subdit:& ii quidem in tabula.

a D quendam uero qui calumniosa male dicta libenter audiret:lacõ ait desine aures aduersus me benigne præstare.

a D eum qui plecteretur:ac diceret:inuitus erraui:dixit quispiam in uitus igitur etiam plectere.

i Ntutus quidá homines q dum uita decederét:in sellis curulibus se debant:absit inquit:ut hic sedeá:unde nõ licet assurgere seniori.

Chii c Hii cum olim e cæna abeũtes in ephororum curia uomuissent:cu rulibusq; ĩ sellis ubi sedebant ephori:deiecissét: uæheméter primũ qui ea fecissent:inquirebant:an ciues ii essent.Vt uero chios extitisse sen/ serunt:proclamauere chiis permittitur lasciuire.

c Vm quis amygdalas duplo uiliore præcio q̃ duros silices uenire as piceret:nunquid rari inquit sunt lapides.

l Vsciniam quum quis uellisset:ac parum inuenisset carnis: ait uox hoc est & aliud nihil.

Lacon l Acon quis cum cynicum Diogenem complecti statuam æream ui disset in magna ui frigoris:pcunctatus est:an rigeret. Quod cũ ille

negasset:ait quid nam igitur magnum facis.

e T cum metapontino cuidam lacon metum exprobaret attamen inquit non parum alieni habemus agri:hic autem ait non solum igitur meticulosi sed etiam iniusti estis.

p Eregrinus quidam cum spartæ rectus in alterum crus indueretur calceis:ait ad lacona.Nequaq̃ tu lacon mea sententia quantum ego temporis tantundem ipse stares super pedem.Qui excipiens non.n.staré inquit:& ex anseribus quidem nullus est qui non staret. Peregrinus

c Vm quis artis rhetoricæ laudibus efferetur:aliquis lacon ait.At per geminos ars si ueritatem non tetigerit : nec est nec unq̃ sit futura.

a Rgiuus aliquando cum dixisset:multa spartiatarū sepulchra apud nos sunt dixit lacon:at argiuorum apud nos ne ullum quidem: perinde atq; ii sæpe argos adorti essent at spartam argiui nunq̃. Argiuus

l Acon captiuus cum ueniret:diceretq; præco.lacona uendo:increpauit inquiens: captiuum proclamato. Lacon

q Vidam ex iis militibus qui apud Lysimachum merebant: ab illo interrogatus nunquid esset ex mancipiis. Tu autem putas inquit stipendio quattuor obolorum lacona ad te iturum. Lysimachus

c Vm thebani laconibus uictis ad leuctra ad ipsum Eurotam essent & quidam iactabundus diceret : ubi nunc lacones sunt:lacon ab iis captus non adsunt:inquit.Non.n.uos huc uenissetis. Thebani Leuctra Eurotas

a Theniensibus rogantibus quo tempore urbem tradiderant. Samū sibi dimitteret:dixerūt.Cū uestri fueritis:tūc alios quoq; habere postulare.Ex quo etiā ꝓuerbiū illud est. Qui sese ipse nō habet:samū uult. Atheniēses Samus

u Rbem quandā cū lacedæmōii ui cepissent: ephori dixerūt:periit luctatio iuuentutis.Nō.n.post hac iuuenes habeūt : qui eis repugnēt. Prouerbium

a Liam urbem rege lacedæmoniorum pollicente se penitus euersurum.Nam ea laconibus negotia plerūq; præbuerat:nequaq̃ permiserunt inquientes nullomodo euertes:nec tolles iuuentutis cotem.

l Vctantibus pædotribas qui pueros exercerent atq; erudirent:haud præficiebāt:quo nō arte sed uirtute honori studerēt.Itaq; Lysander īterrogatus quonāmodo eum charon uicisset: īgēio īquit atq; industria. Lysander Charon

p Hilippus quo tempore ī eoꝝ uenisset agrum:cum scripsisset: utrū amice se ire uellent an hostiliter responderunt: neutrum. Philippꝰ

l Egatum quendam cum ad Antigonum demetrii filium misissent: eum mulctauere:quoniam audissent uocauisse illum regem : q̃uis medimnum annonæ cuiq; a rege in caritate portaret. Antigonus

d Emetrius cum crimini daret: quod legatum unum ad se misissent Non igitur satis est:dixerunt ad unum unus. Demetrius

f Lagitiosus quidam sententiam optimam cum tulisset: hanc quidē admiserūt:at illo amoto sentētiā alteri q̄ hōeste uixisset īscripserūt. Flagitiosus

f Ratres cum inuicem dissentirent:ii patrem mulctauere: quod filios dissidentis despiceret.

Psaltes p Saltem aduenam mulctauere:quoniam digitis citharam pulsaret.

d Vo pueri pugnabant:quorum alter falce alterum uulnerauit lœtali uulnere:familiaribus autem pueris cum is esset pugnam dimissurus:pollicentibus auxilium se laturos & illum qui percusserat ĩterempturos:nullo modo per deos inquit. Non enim est iustum. Et enim ego

De iusticia fecissem hoc si iustum assequi potuissem: fortisq; fuissem.

a Lter puellis quoniam adesset tẽpus:quo furari liberis pueris lege fas erat:quodcunq; quis posset:dabaturq; turpitudini depræhẽdi : ubi qui cum illo una aderant:pueri uiuam uulpeculam furati ei custodiẽdã tradidissent:& ii qui illam amiserant: quæsitum uenissent : uulpeculam hic subiecit sub amictum:bestia uero exasperascente ac pueri latus ad extra usq; deuorante:ne palã fieret:quiescebat.Sed ut demum post illorum abitionem factum pueri aspexere:culparentq; dicentes melius fuisse manifestare uulpeculam q̃ celare ad mortem usq;:minime quidem inquit: sed longe melius esse doloribus q̃ somno diem obire & quam hominũ sermonibus diuulgari:q; ob molliciciam turpiter uiuere curauerim.

Lacon c Vm quidã ĩ laconas ĩ itinere incidissent:dixissentq; secũda estis fortuna usi:nam hinc nuper latrones abiere : dixerũt hi nequaquã per

Antigonus bellicosissimum Enyalium: sed illi potius usi sunt qui ĩ nos nõ ĩciderũt.

l Acon interrogatus:quid sciret:dixit liber esse.

p Ver spartiata ab antigono rege captiuus factus ubi ueĩsset: aliis ĩ rebus oĩbus emptori parebat quascunq; libero faciũdas existimabat. Vt uero ĩpauit:ut matulã ferret:haud passus ẽ ĩqens nõ seruiã. Et cũ ille surrexisset:hic ascẽsa testa ubi dixisset disces emer̃:seipsũ ĩmisit:atq; obiit

a Lter cum ueniret:dicente quopiam si te emero:eris frugi : etiam si minus inquit emeris.

a Lius captiuus cum ueniret : addente præcone mancipium uænundare execrabilis:inquit:non captiuum dicis.

Lacon l Acon muscam insignis loco habens in clipeo & hanc sane non maiorem uera musca:ubi deridentes quidam dixissent : hoc ad latẽdũ esse ab eo factum:immo inquit ut manifestus fiam sic enim proxime hostes aggredior:ut hoc insigne ipsorum uisui magnum sit.

a Lter cũ ĩ symposio lyra eẽt adducta. Nõ lacõici ĩqt moris ẽ nugari.

Spartiata s Partiata interrogatus an secura esset ad spartam uia : inquit : qualis accesseris. Leones enim eminus proficiscuntur a leone: lepores autem uenamur etiam intra tabernaculum.

i N palæstrico manum nexu cum ꝓstratus quispiã colluctatorem frustra pulsaret:atq; ad terram traheret:ubi corpore defatigatus deficeret:illius brachium mordebat:& alter ait mordes o lacon sicut mulie

res:nequaquam inquit alter:ſed ut leones.

c Laudus ad bellum egreſſus quibuſdam eum ſequentibus ac riden/ tibus conuerſus ait:mala capita non eſt cum hoſtibus fugiendo pu gnandum:ſed manendo ordinemq̃ tuendo. Claudus

a Lter ictus ſagitta cũ uitã reliqueret:nõ hoc ĩqt ſibi curæ eẽ qđ mo reret ſed qđ a molli ac ſemiuiro ſagittario eẽt occiſus:egiſſetq̃ ĩpe nihil.

c Vm in tabernam meritoriam quis diuertiſſet: parandumq̃ caupo ni dediſſet obſonium:ubi alter caſeum atq̃ oleum petiſſet:ait:ſi ca/ ſeum haberem:etiam obſonio egerem.

a D eum uero qui lampin æginetam beatum diceret: quoniam ditiſ ſimus eſſe uidebatur:erat enim gubernator multarum nauium: la con ait.Non attendo fœlicitati: quæ pendeat ex funibus. Lampis

c Vm quis dixiſſet lacona mẽtiri:is reſpondit:liberi enim ſumus:alii uero ſi quando uera non dicunt:plectendi ſunt.

c Vm quis cadauer rectum ſiſtere uellet:atq̃ niteret: ubi factis om/ nibus id nequiſſet:per geminos ait intus aliquit eſſe oportet.

t Ynnichus Thraſybuli filii mortem fortiter tulit.In hunc uero epi/ gramma huiuſmodi factum eſt. Tynni/chus

Exanimus pitanen clipeo thraſybulus in acri. Trhaſy/bulus
Confoſſus ſeptem uulneribus rediit.
Paſſus ab argiuis quæ ergo nulla gerebat. Epigramma
Tunichus hunc igni cum daret:hæc loquitur.
Flere decet timidos oculis te nate ſepulchro. Pitane
Condomeum ſiccis ac lacedæmonium. Argiui

a Lcibiadi athenienſi cum aquæ plurimum balneator funderet:lacõ ait quidnam hoc ut immundo ualdeq̃ ſordido plus præbet. alcibiadis

p Hilippo macedone quædam per epiſtolam lacedæmoniis ĩperante ii reſcripſerũt.Lacedæmõii philippo:de quibus nobis ſcripſiſti: nõ. Cum autem in agrum laconicum philippus feciſſet impetum:ac omnes perire uiderẽtur:dixit ad quendam ex ſpartiatis.Quid nunc facietis o la/ cones?Quid enim ĩquit aliud:quam fortiter moriemur.Soli enim græ/ corum nos liberi eſſe ac non parere aliis didicimus. Philippus Epiſtola

p Oſt aduerſam agidis pugnã obſides Antipatro petẽte pueros quin quagita.Etheocles ephoꝝ gerẽs ait pueros qdẽ minime datũ ire: ne malis moribus ĩbuerent pria ĩſtitutiõe priuati:nec ciues forẽt:ſenes uero aut mulieres ſi uellet duplo ẽt pluris datũ ire.Eo ãt grauiter minitãte niſi accipet publice reſpõderunt:ſi grauiora morte ĩpites facilius moriemur. Agis Antipater etheocles

ſ Enex ĩ olympiis dũ ludus pageret ſpectar̃ affectabat: ubi ãt ſederet: nõ habebat.In multos uero pfectus locos erat & contumeliæ & ca uillo recipiebatq̃ a nemĩe: Vt ãt a lacedæmõios uẽit:pueri oẽs aſſurrexe re:pluresq̃ uiri ceſſere locũ. At cæteris græcis plauſu morẽ admiratis ac Olympia

summis laudibus efferentibus:senex ut mouit canunq; capud barbamq; senilem & lachrymasset ait.Heu misero mihi ut omnes graeci quae hōc/sta sint norunt:sed iis lacedaemonii utuntur soli.

Panathe/naea f Erunt autem quidam idem athenis quoq; accidisse.Nam cum Pa nathenaea agerentur:attici ipsi senem probris insequebātur:quippe qui eū ut suscepturi īuitabant.Si uero accederet:non recipiebant.Vt auté petitis fere omnibus ad lacedaemonios uenit spectatores:omnes e sedili/bus assurgentes locum cedebant.Eo autem facto mirifice turba delecta/ta insigni admodum significatione applausit. Atq; spartiata quis dixit. Per geminos atheniéses quidé quae honesta sunt:sciunt:non auté agunt.

Médicus m Endicus a lacone petiit:at si tibi inquit dedero:eris pauperior. Tuae uero huius ineptitudinis qui primus porrexerit:auctor est futurus quippe qui inertem te fecerit.

Lacon l Acon ubi quempiam uidisset:qui res diis immortalibus congrega ret nihil ait curare deos:qui se essent pauperiores.

c Vm quis adulterum apud turpem uxorem comprehendisset:affli cte ait quae tibi necessitas.

a Lius oratoré audiés:q magnos uerteret oṝonis ābitus:& p gemīos ait:fortis qdé hō hic ad nullā ꝓpositū īustruit : atq; exercet līguam.

e Vm lacedaemona quis uenisset:honore inspecto quem iuniores se nioribus praestabant.In sola inquid sparta senescere conducit.

i Nterrogatus lacon cuiusmodi Tyrtaeus poeta esset bonus inquit: qui iuuentutis animos & contumelia imbuat & stulticia.

a Lter cum ī dolore oculorum egrederetur ad bellum : & aliqui ei di cerent quo uadis ita affectus:aut quid facturus.Si aliud inquit nihil egero saltem hostis gladium hebetabo.

Buris Spartis Xerxes b Vris & sptis lacedaemōii ultro ad Xerxen psaꝝ regé ad cruciatū cui lacedaemō ꝓ oraculo erat obnoxia:ꝓfecti.Nā caducatores a rege ad se missos lacedaemōii occiderāt:ubi uéissent ad regé:iusserunt:quo uellet mō se ꝓ lacedaemōiis īterimeret.Sed ut ille admiratus uiros liberauit:ro garetq;:apud se ut manerét. Et quo nā pacto dixere uiuere hic possimus patria legibusq; relictis & his uiris ꝓ qbus tantum itíeris morituri ueni mus.

Indarnus Ad eum Indarnus dux maiorem immodū rogaret: ac fore diceret: ut ii aeq; honorarentur atq; illi:qui amici maxime apud regem ad digni/tatem prouecti essent:dixerūt.Ignorare uideris nobis : cuiusmodi res est libertas:cui mentis compos persarum regnum haud praetulerit.

Lacon l Acon quoniam die superiore hospes eum declinasset:postridie ue/ro stratis usus large magnificeq; excepit: incendit strata eaq; pessun dabat addens:propter haec heri ne in storio quidem dormiui.

a Lter cū uéisset athéas:aspiciés atheniéses qui pnas & obsoniū ꝓcla/marét:& publicāos ac lenones gererent:& alia inepta opera agerét:

nihilq; turpe ducerēt ubi ī patriā reuertiſſet: percūctātibus ex eo ciuibus qualia eēnt: quæ athēis uiderat: ꝑ ſimulationē dicebat oīa eē honeſta: oratiōeq; mōſtrabat omnia apud atheniēſes honeſta cēſeri: turpe aūt nihil.

a Lius quapiam de re interrogatus reſpondit: non. Vt autem is qui interrogaret: reſpondiſſet: tu mentiris: uides ne inquit: te uanum eſſe qui quæ noris: interroges.

u Enerunt aliquando legati lacones ad lygdamini tyrannum. Vt uero ille differens ſæpe congredi tardaret: dicerent autem eum oībus ī rebus molliter habere: at iſti narrato dixere nos nequaquam ꝑ deos immortalis ad ipſum uēiſſe: ut paleſtrā cū eo luderemus: ſed ut diſſeremus. Lygdamus

l Acona quempiam cum quis myſteria edoceret: interrogabat: quid impium maxime egiſſe ſibi conſcius eſſet. Hic autem ut dii ipſi norunt. At ubi ille magis magiſq; urgeret: ac diceret: omnino id eloqui te oportet: contra lacon īterrogauit: cui me prius oportet eloqui tibi ne an deo? Illo autem dicente: deo: Tu igitur inquit abſcēdito.

tiſthenes philoſopho e uia melio abbaterſe ni corui che in li adulatori:pero ch
li corui cauano li ochi dil corpo ma li adulatori cauano con le ſue piacentini &
con landare a ſecunda li occhi de lintellecto. Et Thalete mileſio ſolea dire : che
de li animali ſaluatichi il piu peſſimo era il tyranno. Ma de li animali domeſti-
chi ladulatore era il peggiore de tutti. Et Pittaco eſſendo demandato da Miſi-
lo che coſa ueduta haueſſe miraculoſa in tutta la ſua uita : reſpoſe il uechio ty-
ranno. Quando il principe intẽde quale coſe piacciono a li ſuoi ſubditi & qua
le li ſono in odio:conoſce quale uia debba tenere per eſſere accepto:ilche legen
do ſempara. Confortoue dunque alo ſtudiare & a legere per eſſere uno glorio
ſiſſimo principe & amato da tutti. Molto ue ſera utile la cognitione de le hiſto

rie per reſpecto di uarii caſi:che occorſi ſono in uarii tempi & in diuerſe ſigno
rie:lequale coſe fano lhomo prudente & adueduto in le coſe che accadano. Il
perche ue conforto a farue legere o uero legere da per uoi li comentarii de Ce
ſare & Salluſtio:& Titoliuio:& Quinto curtio:& Iuſtio: & Valerio maximo:
& doi libri per me traducti de greco in latino: ni quali Plutarcho narra molti
exempli chiamati dicterie. Ma quando ſerete in etate piu ferma & in li āni piu
robuſti:ue douerete exercitare in larte militare col gioſtrare col bagordare col
torneggiare:imparare lo ſcrimire con la ſpada con baſtoni con la lancia el ſape
re uſare larco il baleſtro & tutti li altri exercitii:che ſuſano ni facti darme. Per
el preſente non me deſtendero piu oltra per non tediare la uoſtra excellentia.
Ma quādo odero queſto mio ricordo hauer facto qualche fructo cō magiore
diligentia ue ſcriuero coſe ſalutifere &glorioſe. Et queſto principio io Franciſ
co philelpho caualieri & poeta laureato ho facto come inducto dal uoſtro ma
gnifico caualieri meſſere Rufino de mures ilq̄le ꝑ noſtra parte me ne pregho:
& anchora ſollicitato dal nobiliſſimo gentile homo miſſere Iohanbaptiſta cai
mo. Recommādādome ſempre ala uoſtra illuſtriſſima ſegnoria.

FINIS.

IACOBO Antiquario Ducis Mediolanenſium ſecretario Georgius ualla
placentinus ſalutem dicit plurimam.

g Alieni medici præcellētis de medicinæ principiis opuſculum
ad nicolaum nepotem tuum tibi Iacobe antiquari latinum fe/
ci:quod eum a dialectita & philoſophia : unde perq̄ eruditus
emerſit ad medicinæ ſtudia ſe conuertiſſe nuꝑ accepi:tū quod
ad rudes erudiēdos hunc librum īſignis īprimis auctor cōpo
ſuit:tum quod non mediocres illic ad ipſum nepotem tuum
fructus deriuari poſſe exiſtimarim:quandoquidem totius fere medicinæ ſil/
uam inde ipſi liceat animo contemplari & ſeſe ad eam capeſſendam cōforma/
re:planeqꝫ inſtituere. Quod ſane meum erga te officium quam lætus tibi de/
probam facile poterit iudicare : qui priſtinam inter nos:& iugem norit beni/
uolentiam:ut in perpetuo tete erga me tenueris officio:omitto lenitatem ī lo/
quendo:ſedulitatem in obſequendo:fidem & caritatem in obeundo: & quæ/
cunqꝫ amico profutura intelligas amplectendo: quod ſane quam in te rarum
tam amabile & obſeruabile eſt. Videas ſiquidem quoſdam ſua opiniōe doctiſ
ſimos:qui ut ipſi uulgo eruditiores habeantur ſublimes incedantur:qui litte/
rarum ſtudioſum quenquam uix recta facie ſpectare dignētur: quos dum lo/
quuntur credas ſingultire:mox uero cum ſe in quenquam commouerint a d
ducto ſupercilio:fronte rugata:contractiſqꝫ naribus meras aduerſum ſingu/
los triſtes hypocritæ profundāt inſanias : ex garrulitate lingulacæ auctoritatē
aucupantes:tumidis crepitantes ſermōibus:& quo ſint imperitiores eo petu/
lantiores intueare. Contra uero nos tuam morum ſanctiſſimorum ſuſpici/
mus prudētiam:admirabilemqꝫ humanitatē:ſtilū amamus reconditas exqui

ſitaſq; ſentētias quas ſplendida ueſtit oratio: mollis flexibiliſq; uerbo℞ cōpræhenſio: ut ea tuo propemodum fingi uideatur arbitrio ita fluunt omnia: ita liqueſcunt: ita nuſquam adhæreſcunt. His tātis uirtutibus fit ut par ſit omnes in omnibus liberalibus diſciplinis te plurimum obſeruare: his ego me allectū ad te obſeruandum certe ſcio: hinc quod potui amoris inter nos pignus exhibui. Verummodo iam nos forte uerboſiores q̃ neceſſe eſt ſimus: ipſi Galieno cedamus de medicinæ principiis locuturo: ſi tamen prius recēſuerim quid ipſe apud amonium philoſophum poſt ariſtotelen inter primos habitum de medicinæ diuiſione annotarim in libro ſi quidem diuiſionum omnis inquit ars ſubiectum habet & finem: itaque medicina ſubiecta habet corpora atque medicamina: finem uero ad ſanitatem corpora perducere diuiditur porro medicina in ſpeculandi uim & agendi ſpeculandi quidem uis diuiditur ī naturæ & cauſæ: & ſignorum explicatiōem: agendi autem uis ī ſanatile & curatile. Rurſus naturæ explicatio diuiditur in elementa: temperamenta: potentias: humores: & membrorum particulas. Cauſæ explicatio in propoſita: & capitularia: & compræhenſa: ſignorum explicatio in recordatile: diſcretile & futurorum præſagium quod prognoſticon uocant. Rurſus ſanatile eſt in cohibendo & nutricando & expellendo. Curatile in remedia adhibendo: uictum deligendo: & chirurgicā exercēdo: hæc ſunt quæ Amonimus nūc: q̃ reliqua inſpiciamus.

Galieni medici ad medicinam introductorium.

m Edicinæ artis intentio quidem eſt ſanitas: finis autem ſanitatis adeptio: at medicis illa cognitu neceſſaria ſunt: ex qbus aut abſens abduci ſanitas poteſt: aut præſens conſeruari: atqui abſentem adducentia ſanitatem medicamina quidē & ad iumenta appellantur: præſentem uero conſeruantia ſalubres uictus: hæc demum & ipſam medicinam ſciētiam ſalubribus: & morboſis conſtare priſcorum oſtendit oratio: ſalubria quidem uocans quæ præſentem cōſeruēt ſanitatem: & quæ ſublapſam atque afflictatam reuocēt morboſa uero his contraria: medico ſiquidem duplici cognitiōe opus eſt: una quidem ad delectum faciendum & aſſumendum: altera uero ad fugandum: hinc etiam horum exquiſiuere: ac inueſtigauere ſcientiam: nec tamē omnes idem conſentiunt: ſed alii quidem ſolam aiunt arti experientiam ſufficere: aliis autē nō parum uidetur ratio pficere: hīc igiť ab experiētia illegitime excitati empirici nominantur: itidem & a ratione rationales & perinde primæ ſunt hæ inter medicos factiōes: altera quidem ab experientia medicaminū petens inuentionē: altera uero a demonſtratiōe factionis nomen inuenere: has empiricen & logicē nominare cōſueti ſunt empericen quidem obſeruantē & comminiſcentē. Logicen ſiue rationalē opinantem & ratiocinantem: factionibus quoq; ſimiles uiros protulerunt: empiricos quidē obſeruatores: & cōmentores ea℞ rerū quæ euidentes eſſent illis: qui experiētiam conſectati ſunt rationales porro: & opiatores ſiue dogmaticos: & cōmētores qcunq; ſe ratiōi accomodarūt.

Institutam uero hoc pacto artem empirici ferunt cum i multos delabi mor/bos homines uidissent alios quidé temere: ac spõte ægrescere: ac sanescere ani/maduerterũt uelut sanguinis fluxu ex naribus: aut sudore: aut alui prefluuio: aut id genus alioꝝ: quoꝝ singulis ad adiumentũ aut detrimentũ quispiá: ꝑdu ctus: est nec tamé quod sensile est id in causa fecerunt alios autem quoꝝ mor/bi causa appareat non tamé ex electione nostra: sed aliquo euẽtu: ac fortuna si/cut euenerit aliquádo lapsum aliqué: aut ꝑcusum: aut quoquo modo sautium sanguiné ꝓfundere: necnõ cupiditate uictum i morbo bibere frigidam aquá: aut uinũ: aut huiusmodi quidpiá aliud: quoꝝ singulis ad cõmodũ: aut in com modum ꝑducatur. Primam itaq; cõmodoꝝ aut i cõmodoꝝ speciem natura/lem appellarũt: secundá aũt fortuitam utráq; uero ipsaꝝ primá circũcidétiam uocauerũt: quod ex íprouiso rebus adueniat & circũ eas cadat nomé imposue runt: aduenticia igitur experiétiæ species est huiusmodi: sui autem cuiuslibet instigatiõe cum ultro ad experiẽdum peruenerint: aut i somnis cõmoniti: aut quoquo mõ aliter opinantes. Cæterum tertium quoq; experientiæ genus est imitatoriũ cũ iuuantibus aut lædentibus siue utcunq;: aut natura aut fortũa: aut sua sponte ac monitu ad eosdem rursus morbos ab experiétia ꝑducãtur: idq; est quod ipsoꝝ artem imperimis cõstituit: nec tamé bis aut ter: sed etiá sæ pius imitaturi profecerunt. Deinde in eisdem morbis idem faciẽdo inuenien/tes ut plurimũ eandem recordationé: speculationé nominantes iam fidé factá putauerunt: & artis partem esse: postq̃ uero multæ hoiusmodi coiuissent spe culatiões medicina diceretur ut sit medicia quidé præceptorium huiusmodi aggregatio: & qui ea aggregat medicus: talis auté aggregatio sua cuiusq; ꝑspe/ctio uocata est: quæ recordatio quædá est eoꝝ quæ sæpius & idétidem perspe cta sint: nominauerũt auté hoc ipsum quoq; experientiá: eiusq; expositionem historiam. Id enim ipsum per sese obseruanti perspectio: discenti autem quod ab alio fuerit obseruatum historia ẽ. Sed quoniam in morbos aliquos incide/runt est quando non peruisis: aut qbusdam cognitis quidam utantur: sed in lo cis in quibus medelarum copia non erat. Tũ ad experientiam se conuertũt au/xiliariũ obseruationũ sibi aliquod inuenientes ístrumentum ad similis rei trã sitũ quo utẽtes sæpe numero etiá a morbo ad morbũ ut simile idé adiumétũ tráſſerũt & a loco ad locũ: & a prius cognito auxilio ad ꝓxime accedens: a mor bo qdé ad morbũ ut si ab igni sacro í serpétia tráſitus fuerit: a loco ad locũ ut a brachio ad crus ab adiuméto ad adiumétũ ut í alui ꝓ fluuiis a pomo ad mespi lũ. Oĩs auté talis tráſitus uia ꝓfecto ẽ ad íuentioné. Inuẽtio uero áte expientiá nuspiá ẽ: sed cũ quod speratũ fuerat ad expientiá ꝑductũ ẽ ab ea testimõio iá fi des facta: hoc nihilo tamé mĩus utcũq; pluries ac identidé ita habere fuerit ob seruatũ experiétiá similis tráſitũ secutá exercitationé uocant: quod eũ q hãc ha biturus sit inuentioné ita arte exercitatũ esse oporteat. Cunctaq; experiméta: ante experientiá inuenisse: quibus ad se confirmandá ars indigebat: & quæ cir/ca euenientia fieri potuere: hæc nempe ab experimento ad artis finem est uia.

q Væ rursus ratione duce perficitur:ea corporis cui mederi ĩuestigat naturá iubet ediscere:necnõ causarum omnium uires in quas quottidie incidés corpus aut sanius aut magisq̃ fuisset ualitudinariũ euadit præterea aerum quoq; naturas:& aquaꝝ & locoꝝ:& institutionũ: & ciborum: & potuum:& cõsuetudinũ medicum percallere aiũt oportere:quo ægritudinũ omniũ causas inueniat & medicaminũ uires possit cõiectare:& de eis ratiocinari:ut talis rei cám norit ad talé uim auxiliũ accõmodet:qđ usui eé cognouerit: prius enim multifariá exerceri ĩpossibile ei aiunt:qui ad medicandum sub dubitet quéadmodũ ĩ pa ruo siqdé exemplo id omne tibi licebit intueri. Esto pars corporis aliqua láguida & dura:& resistens:& tumidiuscula hic cám medicũ inuestigare primũ oportet cur plurimus profluens humor ꝑ id quod a natura est in eá parté eruperit exicatq; ĩpm:ac distendit q láguoré adducebat: deinde si amplius profluxerit: cohibet ne profluat: quod si eam parté ab illo humore immuné nõ reddideris quoná pacto inhibebis quominus profluat: languidam ergo parté exinanies refrigerádo quidé & astrĩgendo atq; obturádo ĩfluere prohibebis:calefaciendo aũt & emungendo quod aggregatũ fuerit exinanies. Ita igitur ab ipsa affectione eis cõferés efficitur ostensio : nõ tamen hanc solá aiunt sufficere:uerũ & ab egrotátis potentia alterá esse ostensioné:& ab ætate aliá necnõ a sua languẽtis natura. Aliis hoc pacto etiá ab anni tempore:a natura regionis:ab institutiõibus:a conditionibus:a consuetudinibus:& ab hoꝝ singulis sua fieri posse ostésio existimatur: uerbi causa quo id exéplo manifestius deꝑhendas:esto quispiá acute febricitans:ad se mouédum piger: corpore grauiter sentiéte:esto etiá nunc longe turgidior q̃ prius:plusq; ruboris habeat:sint præterea uenæ multo turgidiores nõ dubiũ uulgo aiunt:quin huic calidi sanguinis copia redundet:quænam igitur medela:aut quæná exinanitio multitudini nãq; hoc aduersatur qđ cõtraria cõtrariis sint adhibenda medicamina:quo pacto igitur exinaniemus? aut quousq;? id enĩ a sola causa cognoscere ĩpossibile é:oportet siquidé & uim & ætaté: & tépus & regioné & cætera quæ pauloáte dicta sunt aĩaduertere. Ná si ualidus fuerit uiribus: & ætate adolescés: & anni tépus uernũ fuerit:& locus fuerit téperatus:non errauerit quispiá si incisa uena sanguiné detraxerit:quantũ causa ipsa iubet:quod si uiribus ĩbecillis ac ualitudinarius fuerit:ætateue puer ac ualde pusillus: aut admodũ senex:& ĩ frigidis regiõibus quales sunt apud scythiam:aut feruidis quales sunt apud æthiopiá:& anni tépus aut ualde frigidũ:aut ualde calidum ne sit qsquá q ex uena sanguiné mittere audeat:ita sane & cõsuetudines & institutiones:& naturas corpoꝝ iubét aĩaduertere:ipsis nanq; suá cõferétis ostésioné fieri putát a quibus auté conferétis ostensio dogmaticis est: ab eiusdem obseruatio est empiricis:prædictam enim in febricitante casuũ aggregationé quam syndromen: idest concursum noĩare consueuerunt:dogmatico quidé exinanitionem edicit:empirico autem obseruationis recordationem : ná hoc pacto habentibus plerũq; exinanitionem profuisse aĩaduertit q̃obrem nunc

quoq; ea usurus sperat profuturam. Cæterum ætate népe adolescentes idone am euacuationem minime moleste ferre uidit: ex quibus id sæpe aduertit: ita auté uere magisquá æstate: in locoq; tẽpato: necnõ si languéti euacuádi fue/ rit consuetudo: uelut p hæmoroidas: aut nares: at dogmaticus abstulerit certe etiá ob hoc: plus sanguinis a rei natura excitatus. Empiricus át qđ ita sane ob/ seruarit: & in uniuersum ĩ eisdé lágoribus eadé eé oportet medicaía ratus est tá dogmatici: q̃ empirici ita sibi assumũt hæc ut circa eo℞ ambigát ĩuétioné ĩ eis/ dé enĩ apparentibus ĩ corpore casibus dogmaticis causæ nascit̃ indicatio unde curationé inueniunt. Empiricis aũt est cõmemoratio sæpe: ac idétidem obser uatorũ: sane ĩ qbus dogmatici casum nullũ apparenté habét q ostédat causam in iis percũctari nõ detractát: idq; principale causam appellamus: ut si rabidus canis: aut uipera aliudue huiusmodi quépiá momorderit hulcus certe ipsum uihilo magis aliis uidebit̃ hulceribus alteratũ: aut ꝑfecto a principio cũ de ra/ biente cane emanauit: simile uidebitur morsibus ab alio factis aíali. In uipis át ad primos qdé dies hulcus est aliis simile: postremo aũt cũ iam passiones labo/ rauerint: quædá eis aduenĩut ꝑniciosa & fere tales casus: quales qui ex uiruletis & lœthalibus oboriri dicuntur aíalibus: quæ nõ facilé admittũt curatiõem: & quæ cõfestim a principio ad postremũ usq; euadunt ꝑniciosa: quæ nam igitur huius recta erit curatio: an uidelicet exhauriendũ est q subiuit aculeus cũ cor/ poris discerptiõe eius q cõpunctus est: an ad cicatricé agere oportet: ac festinan dũ ut hæc cõcludátur: sed hoc aliquádo cõtrariũ est: secát.n. sæpenumero ipsa si oíno exigua fuerit: calidisq; & acutis & ad trahédum ac exiccádũ uirus aptis utũtur medicaminibus: ꝓpter eandé cám eadé medicamina etiá empirici su/ scipiũt nõ ab ipsius rei natura ad inuétioné ꝑducti: sed eo℞ quæ ab experimé/ to apparuerũt memores: quéadmodũ enim ĩ ætatibus & téporibus: & regiõi/ bus: & in unoquoq; eo℞ quæ dicta sunt curatio ab experiétia ipsis cognoscit̃: ita in eis causis quæ principales nominátur siquidem uias inuétiõis ueras esse utrasq; pariter sibi asciuerũt nõ est q̧ lõgiore utantur oratione: sed quoniam experientiá dogmatici increpát: alii quidé ut instabilé: alii auté ut ĩperfectam: alii uero ut artis experté. Cõtra uero empirici rationé utpote ꝑsuasibilé quidé sed nõ uenam ĩpugnát: ob hoc duplex utrisq; ratio est: ac lõgius extendit̃ ac/ cusantq; & particulatim defensa: ut quæ ab æsculapio de experiétia dicta sunt qui ostédit ut arbitratur nihil sæpe idétidem perspici posse: atq; ita eam pror/ sus instabilé esse uult & ne quidé ad exiguum aliquid inueniendũ esse idoneá: necnõ ab Erasistrato qui ait simplicia quædá & in simplicibus ab experiétia cõ periri: ueluti quod stupori portulaca medeatur: nec tamé hæc composita & in compositis idem etiam fieri concedit: non impossibile quidem ĩpam omnino inuenire: nec tamen in uniuersum idoneam esse uult hæc & huiusmodi sunt quæ proferuntur ab illis: qui ab experientia aliquid cõcedunt inueniri: sed cul pant ipsam quod uagetur: quod termino nullo cohibeatur: quod longa & qđ ut ipsi aiunt disciplinæ expers sit: deinde alii qui hanc rationem exercent atq;

prosequuntur non instabilem neq; non existentem ut rem aliquã artis expertem esse uolũt itaq; etiam aduersus has incessentes ratiões respõdent & stabilem & per se idoneã:& artem ostendere temptant experientiã & iidem multifaria ratiocinatiõe aduersarios incessunt itaq; dogmaticis ad unãquanq; eorũ accusationis spetiẽ respõdere necessarium arbitrati:prædicãtes se corporis naturam tenere:& ægritudinũ omnium generatiões:& medicaminum uires in omnia pariter insurgentes empirici calumniantur:quod psuasione tenus iure procedant:cæterum firmitudinẽ nullã habeant cognitionis: est etiã quãdo cognitioni suæ cedant rem inusitatã indicare tẽptantes:& hoc aliquando dantes superfluum rursus coarguunt:hæc certe in uniuersum ambigunt empirici pariter & dogmatici:speciatim autem multa in unoquoq; ipsorum ueluti in his quæ ad inuentionẽ pertinent & eorum quæ non appareant questionibus & in eis quæ in anatome:quæ in ostensione:quæq; in dialectica speculatione laudantur instrumẽta siquidem hæc ipsis incerta uenãtur: sed nequidem empirici anatomen inuenire concedunt neq; si etiam inueniat id ad artem pcipiendam esse necessarium at ne quidem ostensionem ullam omnino esse qđ alterum ex altero cognosci impossibile sit qđ cuncta sua indigeant cognitiõe atq; incertæ natura rei unius quidem signum esse:neq; porro ulli arti opus eẽ dialectica:proinde dialectices ad diffinitiões aliquid conferre:uerum demonstrationem aiunt non esse principium ullius incertæ natura rei:iam uero ex ĩprobis demonstrationis modis:quibus dogmatici uti consueuerunt : aliquid de ratiocinatiõe in uniuersũ dicũt &eodẽ qdem modo quæ uero enũciãt iuenire eisdẽ impossibile eẽ:neq; ars ulla alia pp id cõsistit:neq; uita ut aiũt humana pcedit.Hæc aũt rõcinatio:quã apparẽtẽ esse aiũt rõnem utilis qdẽ ad incertarum occasionũ inuentionem ita enim ipsi uocãt quæcunq; generis quidem sunt sensibiliũ non tamen etiam demõstrauerunt:utilis autem etiam ad redargutionem eorum qui audent aliquid in id quod apparet dicere : utilis quoq; in apparentibus rebus ostendere quod despicitur & ad sophismatis occurrendũ ad nullo mãifesto abstinẽs sed in his semper uersat nec tamẽ hic rõcinatio inquiunt: sed ab apparẽtibus quidẽ incipiũt : & ad ĩuniuersum ĩcerta pcedũt: & ob hoc multiformis est nam ab eisdẽ apparẽtibus aliquãdo ad aliud:quod ĩ numero incertorũ sit accedit:hinc etiã dissonantiam sibi iniudicabilẽ præstruunt: q̃ in cõpræhẽsibilitatis signũ esse asserũa:ita.n.ipsi ueram ac stabilẽ cognitionẽ cõpræhẽsibilitatẽ uocãt illi aũt cõtrariã incõpræhẽsibilitatẽ:atq ĩcõpræhẽsibilitatẽ dissonãtiæ cãm eẽ aiũt ad ĩprobãdũ:dissonãtiã porro incõpræhẽsibilitatis signũ eẽ:ĩprobationẽ uero circa ĩcerta pportionẽ eẽ aiũt nõ circa apparẽtia hic unũquodq; apparẽs testimoniũ affert uera dicẽtibus falsos uero coarguit.Talia ĩter se ĩuicẽ ãbigẽtes empirici &dogmatici ĩ morbis eisdẽ curationẽ eãdẽ faciẽtes qcũq; ĩ utraq; se factiõe exercuerũt.

De methodicis.

u T qui methodici nominãtur: ita enim se uocant nõ quemadmodum dogmatici artẽ doctrina tractandã esse asserunt : uerũ mihi ueterum

uidentur opiniones citra ratione͂ instituere artisq; opera multa transformare hi sane neq; passum locu͂ ullo modo co͂ferre aiunt ad curationis ostensionem: neq; ca͂m:neq; ætate͂:neq; te͂pus:neq; ad ægrota͂tis pote͂tiæ co͂sideratione͂ neq; naturæ aut habitus eius:excusa͂t sane e͂t se & a regio͂ibus: & a te͂pbus & a co͂sue tudibus a solis passio͂ibus co͂fere͂tis oste͂sione͂ sufficere assere͂tes nihil ab his spe ciatim:sed co͂iter:& in uniuersum apponentes:uocantq; ea etia͂ co͂ia quædam. Hæc certe ipsa in o͂ibus ꝓsequuntur quæ particulatim tracta͂tur: & experiun tur alii quide͂ per uictu͂ ægritudines:no͂nulli aute͂ omniu͂ duo o͂ino commu nia ostendu͂t & tertium ex his mixtu͂ nominaq; ipsis imposuerunt astrictione͂ & fluorem:omne͂q; ægritudine͂ assernut aut astrictam:aut flue͂tem esse:aut ex utroq; mixtam:q̄ si naturales corpoꝶ deiectiones scaturia͂t strigmentu͂ uoca͂t sin uero adhuc magis ferantur fluores dicere solent quando aute͂ & scaturiant & ferantur in hoc minutione͂ consistere sicut in oculo infla͂mato:pariter:& ꝓ fluente:infla͂matione͂ uero:que strigmentum passio est q̄ sola non sit: sed cum fluore circa unum & eundem locu͂ totum simul mixtam efficere passionem: commodi uero ostensionem in strigmento digestionem:in fluoribus autem ut contineatur esse:genu (si modo ita contigerit) inflammato:digerendum e͂e aiunt: ꝓfluente͂ au͂t alium aut oculum cohibe͂dum:ac continendum in mixtis uero uæhementiori insistendum:na͂ magis uexanti & periculum efferenti hoc est magis ingruenti occurrendum esse aiu͂t potiusqua͂ alteri:quid igitur se no͂ dogmaticos uocauerunt ostensione adiumenta præbentes quoniam scrutan tur aiunt incerta dogmatici : nos autem in euidentibus ut opus est uersamur: factionemque suam totam ita diffiniunt euidentium eorum quæ communia sunt cognitione͂ ac ne cunctis aliis artibus co͂munis uideatur diffinitio : illas si quidem euidentium qualitatu͂ cognitio͂es esse arbitrantur:ob hoc adiecerunt quæ mediciuæ fine͂ co͂sequuntur ipsoꝶ porro quida͂ non quæ consequuntur sed medicinæ co͂ueniunt apposuere.Co͂plures au͂t utrunq; coniunge͂tes cogni tione͂ esse euidentiu͂ eorum quæ co͂ia sunt disciplina͂ asseru͂t quæ medicinæ fi ni conueniat ipsumq; co͂sequatur q̄dam au͂t que͂admodu͂ thessallis intentio num & necessarioꝶ ad sanitate͂ sic certe dogmatici indignant appellari:no͂ eni sibi opus esse incerto aiunt sicut illi:neq; empirici:& siquod maximu͂ illis e͂ cir ca euidens habeant:quod ab illis ostensione disti͂guantur:nec tame͂ in ipso cir ca euide͂s exerce͂di modo secu͂ empiricis aiunt co͂uenire: illos.n.ut ab i͂cognitis distingui ab incertis se uero tanq̄ ab inusitatis:& empiricos quidem in euiden tibus obseruationem se uero ostensionem habere : in his igitur se ab utrisque differe asserunt & præsertim in quibus tempora & regiones & ætate & huius modi omnia excidunt:quæ inusitata manifesto sunt ut illi censent: gloriæ au tem causa a prioribus medicis in primis rebus habita:idq; methodices factio nis maximu͂ a singulare bonum esse aiunt & ob hoc seipsos uenerantur & ad mirationi haberi putant breue͂q; uita͂ asserentem:arte͂ uero longam:increpa͂t: nam econtrario prorsus id accipie͂du͂:esse.n.ipsam breuem ; uita͂ uero longam

quod cunctis falsis ablatis ars prosit: & si ad cõmunitates omnes nos respexe/
rimus non longa neq; difficilis sit medicina sed facilis & aperta:q̄ mensibus sex
aut q̄celerime percipi possit.Ita enim in ægritudinibus esse per uictũ si in angu
stum uniuersum ualde contrahatur itidem:& in eis quæ per chirugiã: & me/
dicamentariam:quandoquidem in illis quoq; in uniuersum cõmunia quædã
inuenire pertemptant:medicaminũq; mœtas numero paucas subiiciunt. Pro
inde mihi quidem in peruulgatis sex mensibus nihil negocii habuisse uidenť
sed multo citius totam artem ediscere credidisse:concisamq; disciplinam cau/
sa uere cognoscẽdi temporis satis suppetiuisse:si modo nõ mentiuntur: men/
tientium uero negligentiam nobis liceat increpare:at quo possit quispiam ma
xime iudica) iure ne circa utile se excæcarint : aut recte ne superfluum tantum
effugiant iam dicere non recusabo:enimuero non parua uidetur consideratio
neq; ad rationem usq; modo procedere:quẽadmodum in dogmaticis & em/
piricis sunt ubi de adiumentorum inuẽtione contendunt præsentẽ usum ad/
mittentes:uerumetiam artis opera uæhementer offenduntur: itaq; ante me/
thodicam factionem necessarium uel maxime adiuuare.

Cum in rebus oĩbus administrãdis duplex sit iudiciũ:unũ quidem qď
c a ratione:alterũ uero qď a manifesto euidentibus manat:quod a rati/
one sola proficiscitur:id sane maius est:q̄ ad introducẽdũ adhibẽdum
esse uideatur:nõ ergo nunc eius est locus:alterũ autẽ quod in euidentia positũ
est:omnibus cõmune existit hoĩbus:quid ergo prohibet hoc nos uti: quod &
primum & apertum pariter est ad introducẽdum quoq; ab ipsis magnifactũ
est methodicis q̄ppe qui nihil aliud:q̄ euidẽs extollunt:& ubiq; efferũt:at con/
tra incertũ omne inusitatũ esse aiunt:age itaq; de his potius coniiciamus quæ
principales causæ nominãtur.Iudicii regulam ad ipsum euidẽs adhibẽtes:pri/
musq; methodicus accedens dicat:q̄dnã frigora:& æstus:& ebrietates: & cru/
ditates:& expletiones:& inedias:& labores & ocia:& pulmẽtorum q̄litates:&
cõsuetudinũ commutatiões o dogmatici pariter & empirici passim tractatis:
utrũ his uos mederi oportet:affectiones in corporibus dispiciẽtes ubi prĩcipiũ
nullũ talium prorsus est:ue℞ ipsa quidẽ abeunt: quod autem ab his factum ĩ
corpore manet & huic medicari oportet:id enĩ ipsa passio est. Cõsiderandum
igitur ipsum cuiusmodi sit:nã si strigmẽtũ sit:digerendũ:sinautẽ fluidum cõ/
tinendũ:a quacũq; causa utrũq; factũ fuerit q̄d igiť adhuc causam iuuat : neq;
fluido digestiõe indigẽte:neq; strigmẽto ut cõtineatur aut oĩno nihil:ita sane
res ipsa ĩdicat similiter ẽ methodicis sermo:& de incertis:&de eis quæ ueræ:ac
prĩcipalissimæ causæ noĩanť:& illa quoq; aiunt eẽ supflua passione curationẽ
suã indicãte etiã si causa unde emanarit:nõ cognoscať. Hoc aũt modo rationi
bus ad tẽpora:ad ætates:ad regionesq; transcẽdunt:hic ueteres demirãtur me/
dicos nisi ita medeanť:re ipsa tam aperta:nam inflãmatio inquiunt cũ passio
fuerit strigmẽtosa:& non sit æstas digerentibus indiget adiumẽtis: sinautem
hiems aliis quibusdã:uerũ in utroq; tẽpore eisdẽ neq; in puerorum ætate dige

rentibus:senum autem cōtinentibus opus erit medicaminibus:ne in ægypto quidē digerentibus: athenis aūt continentibus & ecōtrario ī inflāmatiōe quæ fluida passio est:nunq̄ digerētibus sed cōtinētibus perpetuo opus eē aiūt tam hieme q̄ æstate:uereq͛ atq͛ autūno:siue puer sit ægrotus:siue adolescēs:siue senex:siue id in thracia acciderit:siue in scytia loinaue ut sit ægrotus:nūquid:huiusmodi nihil ad quicq̄ aiunt ꝓficere:sed in cassum hæc oīa satagi:atq͛ exquiri quid porro corporis partes:nunqd & ipsæ quoq͛ ad curationis ostensionē frustra dinoscuntur:aut audeat quispiā dicere ꝙ in neruosa quidē parte inflāmatio digerenda sic in arteriosa aūt aut carnosa aut uenosa continendu atq͛ cohibenda:aut oīno si strigmētum in aliqua corporis parte fuerit:audeat quisquā dicere ꝙ non sit digerendū aut non continendum quicquid erit fluidum qđ si nunc partis natura non submutat curationis modum:sed semper iuxta passionis genus adiumētoꝝ est inuentio: incassum est manifesto partis consideratio:ac methodicus quidem talis quasi per nebulā ac figurā expræssus: accedat nunc secundo loco empiricus ita quodammodo. De empiricis.

E Go euidentibus nihil noui antiqus:nec quicq̄ dicere possum sapiētius eis quæ sæpe ꝑspexi : ꝙ siqs id qđ euidēs est floccifacit:quēadmodum quēdam mihi uideor audiuisse sophistā qui nos ipm euidens magnifaciētes cauillatiōibus amouebat:ad quē nos:tu ꝑfecto iam uictoriam uiceris cadmeā:sinautē quēadmodū a principio te audiui incertum inutile eē asserentem:sed sequēda cōcedētē māifesta forte uidebor ad euidēs abs te despectū inducere:duo a rabido cane morsi hoīes ad cōsuetos medicos ierūt remedia petētes hoꝝ alterius exiguū fuit hulcus:ut totā pellē nō uideret̃ discerpsisse.Is āt curationē adhibebat hulcus solū &nihil aliud curās.Itaq͛ ītra paucos dies sana ea pars eē uisa ē:alter aūt postq̄ canē rabire nouit:tātū abfuit:ut celeraret hulcus ad cicatricē ꝑducere:ut ei cōtrariū fecerit:& semp maius efficere studuerit ualidis & acutis usus medicaminibus ad addictū usq͛ tp̄s & ꝑpetuo hoc tp̄e rabiei medicamina:ut aiebat ipse eū bibere coegit atq͛ ita ambobus uniuersū:ab soluit:siqdē sanus is euasit:q medicamina ebibit:alter aūt qui se nullo existimabat malo obligari cōfestī aquā expauit & subuulsus ꝑiit:nūqd tibi uidet̃ principalis cā ī his frustra ꝑscrutata eē:aut ob aliāne cām ille hō mortuus ē:q̄ pp negligētiā medici cām prorsus nullā sciscitātis:neq͛ curationē a se obseruatā āplectētis:mihi ꝑfecto ob nullā aliā cām q̄ ob hāc uī̃. Sed quoniā euidētiā sequētis huiusmōi causā nullā p̄terire nō possūt.Ita ēt ætatē p̄terire nō possū & ꝑīde neque euidētiā ꝑuipēdere:siqdē hīc ī euidētiā cogimur ī eisdē ꝓrsus passiōibꝫ nō usqueq̄q͛ eādē curationē īdicātibus.Veꝝ ē quādo tātū distantes fuerūt īdifferētibus ætatibus ut nō q̄titate solū aut adiumētoꝝ modo distinguātur:sed toto etiam genere:pleureticos igit̃ multos adolescētes & ualidos uidi ego sæpenumero & a nobis ex uena sanguinem emiserūt:ueꝝ cuiquam in extrema senectute:aut puero admodum paruo neq͛ uos ausi estis ex uena mittere sanguinem:neq͛ alius ullus unq̄:quid aūt cum hippocrates īquit:sub cane & āte canē

operosa sunt medicamina:& cum rursus inquit æstate superiores medicádũ esse uétres:hieme auté íferiores utrum nobis uerũ dicere:aut métiri uideatur. In utroq̃ eím afferendam delectioné dubitaturos puto mentiri enim si dixeritis euidens ipsum floccifacietis:quod magnificare dicebatis:uidet́ quidem ita habere uerum:ut ippocrates dicit:sin autem ipsum uerum dicere asseratis admittitis tempora: & regiones quas íutiles esse definiuistis. Verũ puto uos a uera nunq̃ longe peregrinatos fuisse patria:neq̃ í regionum differentia ullum fecisse experimentum:aut omnio scisse ut quidem sub septétrione nõ ferant accumulatas sanguinis missiões quemadmodum neq̃dem ad ægyptum: totũq̃ meridiem:quæ aũt íter hæc sunt media manifestum sæpe a sanguinis missiõe sumunt auxiliũ:idcirco ne corporis quidem partis consideratis:q̃ admirabilis hæc ratio uestra mihi uideri solet & uehemẽter absurda non uera dicentibus modo:sed etiá illisq̃ a nobis aguntur prorsus contraria:o dii immortales hinc si inflamatio fiet eadem indigebit curatione? siue in lacerto:siue in aure:siue in ore:siue í oculis fuerit? quidnam igitur aliquãdo uos ꝓspexi in lacertis íflamationes uulsella:ac scalpro abstergere & oleum irrorare.In oculis auté nunq̃ qd auté oculos obstypantibus medicamini? medicaminibus inflamatos? nũquid lacertos eisdem inungitis? quid porro aures inflamatas nunquid oculorum medicamini adiumentis? quid oculos nunquid aurium? atqui longe aliud aurium inflamationis: aliud oculorum ẽ medicamen: acetum siquidé cum oleo rosaceo aurium est inflamationis præsentaneum remedium.Cæterum neminem puto tam demẽtem qui oculis inflamatis ipsum audeat adhibere: quod si audeat non exiguum detrimẽtum cum audacia ac temeritate audebit: præterea gurgulioni íflamato egregium medicamé ẽ spinæ ægyptiæ fructus:alumé aũt tritum præcipuum ẽ nũquid igit́ hæc & occulis íflamatis : & auribus ꝓfuerít aut e cõtrario extremũ attulerint detrimẽtũ? oíaq̃ hæc ego ita effero ut primũ uobis cõcedá ꝓpositũ:quod oporteat í lacertis aut máibus inflamationé digerere:nec tamé etiá oculoꝝ:aut gurguliõis:aut auriũ: quod si íflamationé quæ í lacertis:& manibus nõ quocũq̃ mõ digerédá cõmemoré:forte cognoueritis si sapiatis:quátũ haberetis: qui aũt nunc habet́ sermo:euidétis ẽ recordatio.In quacũq̃ si qdé parte nõ ulla plaga íflamatis aliquibus sed sponte p̃senté affectioné íchoãtibus quæ plethorice nominat́:nemo cẽsebit particulæ digestiõe ídigere:ante totius corporis deiectioné ac euacuationé nam præsenté íflamationé si id feceris nõ modo non íminues: uerũ etiá adauxeris: inde est quod tali sane tépore obstipátia & refrigerátia ei patri accõmodamus: cũ auté totũ corpus deiecerimus:tum etiá íflamata particula digestiões tolerabit: qđ si hæc dicés:ut exorsus omné habui orõné uobis nõ ꝑsuadeo: tépus utiq̃ fuerit mihi auerso euidés magnifaciẽtibus liberari & bõa uéia illos dimitter̃ hæc empirico memoráte accedat dogmaticus:ita ferme dicat. De dogmaticis.

m Orte recte sentienti tibi illa sufficere potuerũt ubi dictum est neq̃ ætatem:neq̃ tépus:neq̃ regionem:& ne quidem principalem causam par

temue corporis ullam inutilem arbitrari: quod si euidétia cõmemorans non dum persuasit empiricus sed alia adhuc opus sit orationé illud mihi aponédum duco: quo tuæ factionis propositum fractum & imbellicum esse demõstré: nempe uos euidétium cõmunitatum cognitioné dicétes audimus: iterrogabam aũt ipse ubi libet circa quid communitas ipsa in primis cũsistat: & quo nam pacto ipam cognouerimus: at id nondũ ut puto potuit cognosci: causam plane nominum tenus pariter conceditis in rebus auté ipsis estis differétes qui nam si quidem uestrum strigmétosum & fluidum naturalibus egestionibus dimetiũtur? detétionibus si quidem ipsis strigmenti passiõis nomẽ indiderũt immoderatis aũt egestionibus fluxus alii auté ex uobis nonnulli: immo equidem non pauci in ipsis corporum affectionibus aiunt esse passiões: accusantq̧ grauiter eos qui ad deicctionem ac euacuationem respiciant: mihi autem ubi utriq̧ errare uideantur fortassis iam exposuero: sit autem prior nobis aduersus illos oratio qui passiones egestiones per naturã esse iudicant demiror eim ipsos si neq̧ sudores unq̃: neq̧ urinas: neque uomitus: neq̧ scessiones plures q̃ quæ per naturam sint in morbis uiderunt utiliter euacuantia & quod omniũ maxime alienum est si ex naribus quidem fluxum aliquando morbum eiecisse animaduerterunt cuius non q̃titatis modo sed totum genus contra naturã existit: sudorum autem & urinarum quæcũq̧ per uétrem aut in uomitũ proruunt genere quidem non contra naturam: neq̧ tamen immoderata est tota multitudo: ut eo quidem uidi quosdam in tantum sudorem excessisse ut culcitras quoq̧ sudore perfuerint: necnon alios tantum ex uentre exgessisse ut supra triginta cotylas expleuerint: sed non uidetur horum quicq̃ tollere quo minus ægritudinem afferens euacuetur: quanquam regulæ ad omnia: quæ a natura sunt egestiõibus utenti Cuncta huiusmodi fuerit impediéda: quamobré probabiliores quadammodo esse uidentur: qui affectiones: in ipis corporibus communitates subiiciunt: sed hos quoq̧ demiror quonam pacto eas euidétes ausi sint dicere: nam si ex aluo non fluens est fluxus: uerum corporum affectio ex qua ipsum est fluens: hanc nullo sensu euidentem esse contigit: quo pacto euidentes etiam fuerint communitates? nam & in colo fluoris affectionem eẽ possibile est & in tenuibus intestinis: & circa ieiunum: & circa uentrem & mesareon: & multa alia interiora quorum nihil sensu percipere possibile est: non ipsum neq̧ ipsius passioné: quonam pacto igitur euidétes dici poterint cõmunitates? nisi aliquid quod per signa intelligi queat euidens esse quispiam uocare uoluerit: quod si hoc in quonam ueteres adhuc medicos excellunt? quo pacto etiam confestim ac sex mensibus artem se docere prædicant? nõ enim parua utiq̧ doctrina indigeant necesse est aliquid cognoscendum: quod sensum effugiat uerum qui hoc ex sententia uelit exercere anatomen opus est singulorum quæ intus natura tegat doctrina: & naturali non parua speculatione perdiscere quo singulorum opus & usum consideret: si quidem priusq̃ hæc inueniãtur quæ i portionibus sunt corporis pétissimi ullius impossibile é passioné

diiudicare atq; percipere: quid porro dicetur: quod hic profecto dialectica magnopere opus est: quo aliquid quod ex aliquibus constet ac perficiatur manifesto depræhēdatur: nec unq̄ admittēda sophismata nō a se nec ab alio cōtorta: est enim uideri ubi nobis inuitis aliquādo nobiscum sophismatis cauillamur: & tamen: uerbi causa: quid est fluor: clæmenter a se quæsierint: si desserendi facultatem tenuerint: nec sane id solū sufficere putādum est: quod a quibusdam eorum dictum est: fluor affectio quædam contra naturam est: nam nisi quid sit affectio teneamus nihil admodum plusq̄ prius cognouerimus: nunquid digestio quædam ē aut mollicies: aut rarefactio: non enim dicentibus ipsis audiri quicq̄ manifestum potest: sed quod aduenerit nunc quidem hoc: rursus autem illud: sæpe uero simul oīa tanq̄ nihil inter se differāt: quod si quis ubi hæc inter se differant inter se eos docer̄ temptauerit & uelut eorum singula sua indigeant curatione: audire nullo modo patiuntur: sed ueteres incessūnt & carpunt quod huiusmodi incassum ac temere diffiniant: ita illaboriose ac negligēter circa ueritatis inquisitionem habēt: at neq; quod contracto explicatum cōtrarium sit molli autē durum: raro quoq; dēsum audire patiūtur & ut præter hæc omnia aliud quiddam est naturales cohiberi egestiōes & fluere: & quemadmodum hæc ab hippocrate omnia diffinita sunt: uerum ꝗ his ipis ꝑ quam petulanter iudicium ferunt: & inflāmationem ita sane uocant durum ac resistentem necnon dolorem afferentem & calidum tuberculum admodum peruicaciter & inconsiderate strigmētum passionem eē dicunt exīde porro alias inflāmationes implicitas nomināt uelut in oculis ubi cum fluore fuerint necnon in gurgulione: & palato: & cicatricibus: inde supponunt spiramentorum alia quidē rara facta eē: alia spaciosiora & ꝓpter hæc utraq; passiōes ꝑpessos: q̄dā uero nō diffitētur circa unū & idē spiramētū una consister̄ fluorē & strigmētum quod neq; facile cognouerūt ita ī omnē ꝓruunt temeritatē: ex his pauci admodū pati possunt plus de his oībus audire & despicere: uix q; ipos pœnitet ut ad id quod uerius ē se cōuertāt: īter hoc igitur quicunq; aliquatenus accurrate de primis ac generalibus passionibus uolūt perdiscer̄ sua scripta eē ferūt: at quod nūc ītroducēdis utile futuram ducimus nō iniuria aduersus ipos pauca dicenda sunt: putē uero aliquid illos etiā a se mutuari: id autē fiet si a cauillatione alieni rationem & a ratione exquirant.

h Oc autē edicit ratio: ut uocata etiam aduersus illos ipos īflāmatio contra naturā turberē dolorem afferēs: & resistēs: & calidus nihilo magis rarius aliq̄d exercēs iuxta sua rationē: aut sua parte dēsius: aut durius: sed plenū fluor̄ supfluo & ob hoc extēsum nec tamē si q̄d omīo extēdat̄: id dēsius: aut durius se effectū ē: discas nēpe hoc ī coriis & seribus: tricisq; : ac loris si ꝓrsus extēdere tēptaueris: ita etiā medela īpletoꝝ ac īflāmatoꝝ deiectio est ac exinanitio id.n.repletioni contrarium quibus deiectis confestim consequitur ut particulæ digestiores euadant: tenor porro impletas necessario: ut etiā deiectas digestio consequit̄ dēsitas aūt aut raritas neutrum necessario: & nequidē

fluor:aut detētio neq enim si rarum ex ipo iam cōtinuo fluere necesse ē: quid si crassum & pusillum fuerit comprehēsum & si neq dēsum cohibetur: nam multū ac tenue etiā p dēsos effluit meatus satius igitur fuerit ipos quoq: quæ a ueteribus tradita sunt didicisse: quot modis prius ī particulis tectum rursus eiicitur: nam rarefacto comprehendēte ipsum & ipo comprehēso tenuato: ac maiori effecto & uehementius moto: & ab aliquo exteriorꝝ attracto aut ab aliquo interiore impulso: & tanq refluēte ad aliquid eorum quæ ītussunt si quis hæc oīa transcendēs unam deiectionis causam eē putarit spiramētorum rarefactionē uidebitur euidētia plane ignorare: nempe lanam: aut spōgiam: aut aliquid huiusmodi manifeste ītuemur si parum intra se humidū habēt: tegūtq neq dimittūt: sed plus refundunt: quidnā igitur? nonne ī oculis: & naribus: & ore aliis quam ita raris id ipsū nouerunt ut accidat aliquādo præ multitudine depræhēsæ in ipsis humiditatis nō corporum humiditate effluere: enimuero fidelitas sæpenumero uidemus tam raras ut infusa in eis aqua pfluat: at si mel ī fundas nequaq: affluit: crassiora si quidem mellis essentiæ: quam fideliæ sunt spiramēta: an nō illud æquū erit cognoscere ob tēuitatē sæpenumero aliquid effluere utcunq ipum cōpræhendēs corpus a natura nō fuerit pforatum. Cæterꝝ an nō sæpenumero natura: quæ aīalis corpus administrat: ac regit īpulsu uæhemētiore īsurgēs eo redūdās qcqd ē exhausit deiecitq pinde ac illidēs: & expellēs qd igit non erat difficile accurate exercitato artis opera cognouisse multū.n.corporꝝ hoc pacto fiūt eiectiōes reliquas quoq factorꝝ cās prætereo. Itidē retentorꝝ æquales numero his ꝓrsus cōtrarias: nō.n.illorꝝ inuitorꝝ talis ratio disciplina ē: hoc autē mihi aliquando uident scire. Insup transeo posse aliquādo flutiare oculū: aut multo fluor: aut facta tēuitate multa: aut ab hac parte natura expellēte corporibus ipsis nihil præter naturā alteratius habētibus. Oportet sane tenuē fluxum crassum efficere: mutuū uero deiicere ac euacuare: naturæ uero motū si oportūe sese obtulerit excipere: neq oculorꝝ corpora tractare: sicut nequidē fluoris causa extitere: nā arbitrari inflāmationē qdē aliquā strigmētū esse passionē alterā uero īplicitā nescio cur nō demētis eē uideat. Primū nāq suorꝝ sunt obliti præceptorꝝ: quod fluidū deiectiōe secernēdū nō sit: aut strigmētū cohibitionibus: sed ad ipas corporꝝ oportere affectiōes respicer. Cum igit ꝓrsus similes euaserīt sibi īteræ & ī nullo differre ferat: quæ nūc dicta īflāmatio a priore q quod affluat: nūquid nō ualde alienū ē mixtā & implicitā hāc quidē nominar: illā uero strigmētosam eē arbitrari. Deīde ne hoc quidē: quod ī promptu positū fuit ipsis ī mentē ratiocinari uēit quod neq ī māu: neq ī pede: neq ī brachio: neq in crure: neq ī coxa: neq ī alia aliqua corporis parte īuidens uisa fuerit unquā inflāmationis species huiusmodi ut extorsus aliquid effundat. At solis quæ ī ore: quæ ī oculis: quæ ī naribus sunt id euēiat: utrū iuppiter omnibus implicitis cōmunitatibus īstituit: ut earꝝ nulla unquā in nullā aliā corporis partē se īmitat: sed oculos tantū & nares & os oppugnet. Inflāmatio quidē cūcta potest occupare: quæ eius generationis causam excipe

inoleuerunt. Scire quidē expedit alia natura rara ec alia densa: ab aliis quidē aliquid fluoris effundi: ab aliis autē cohiberi: nam si utrē impleas aut aliud id genus obstrictum liquida re aliqua nihil diffluit: at ex spōgia aut ex re aliqua rara cōfestim quicqd fuerit redūdans effundit: qd igit difficultatis afferebat ipsis cognoscere quāto oīs alia pellis sit astrictior: ea quae ad oculos ē & nares & os corporis partes & rei naturā apponere: lōgum uerbo℞ complexū ambagesq multas dimittēdo: quod aūt hoc ita habeat īdicant nobis: quae in aliis sunt particulis p attractū inflāmatiōes: nam in illis quae tēuiora suis sunt partibus fluitant: quemadmodū in oculo & naso: & ore: idq tantisper quoad passionis expers fuerit: & omnis astricta pellis horū nihil refundet: causa huius non inflāmationis est species. Caete℞ quemadmodū porro si melle aut liquida pice nō admodū immēsa copia: spongiā aut lanā madefacias: nihil ppter liqdi crassitudinē fluitat. Itē si aqua aut id genus ita tenuibus: & eis pa℞ aspergas ne ita qdē: tū fluitat ob liqdi exiguitatē: ac eadē puto: rōne ex oculis nō usquequaq aliqd profundit: aut propter liquoris crassitudinē: aut quod non redundet: utpote quae secundū naturā habeant: pro inde cōtingit hoc īflāmationis genus nihil ab alio differre pterquā pfluentis essentiae crassitudine ophthalmiamq absq fluore pficere: quā sapiētissimi methodici strigmentum uocant: & ab īplicitis mixtisq differre putāt suos sermones suscipientes: quos sursum ac dehorsum trāsferunt ad corporata passionū praeparatiōes esse uideri uoluerūt non aūt ī humidis cōstitisse: quonā pacto igit quādo ī ipsis corporibus affectio nullā habens differentiā: sola uero ea quae humida natura tenuia: aut crassa sunt consequunt aliquādo quidē fluitare: aliquid aliquādo autē cohiberi dicit: & cōmunitates arbitrant eē differētes. Ita nempe etiā mixtū atq īplicitum a uobis ītelligētia pcipi nō potest: alia uero oīa: quae particulatī digerunt non p uictū mō ue℞ etiā per chirurgian: & pharmacian: quaecūq aberrarīt nimiū forte didiceritis si haec persuadere non possunt: sed iam plura loqui desinā: quando quidē ad introducendum in medicina rudes haec satis multa esse arbitror.

Finis.

Impressum Venetiis Per Bartolomeum de Zanis de Portesio die. x x viii. Martii. M. c c c c l x x x x i.

Registrum orationum Francisci Philelphi & alio℞ operum in hoc uolumine contentorum.
a b c d e f g h i k l m n o p q r s t u x oés
sunt quaterni preter x q̄ ē ternus.

carte 166

[illegible] 20 · [illegible]